

# EPISTULA LEONINA

## CCLIV

HEBDOMADALE  
 PERIODICUM LATINĒ SCRIPTUM,  
 QUOD ĒDITUR  
 E DOMO EDITORIĀ INTERRETIALI  
 CUI NOMEN EST  
 LEO LATINUS



<http://www.leolatinus.de/>

N.B.! EPISTULAS LEONINAS ACCIPIS GRATIS ET SINE ULLĀ OBLIGATIONE. NAM LEO LATINUS PUTAT HOMINIBUS LATINAM LINGUAM DISCENTIBUS AUT DOCENTIBUS CORDI ESSE VERBA LATINA. SI TAMEN TALES EPISTULAS ACCIPERE NON VIS, RESCRIBE HOC NOBIS: TUM STATIM NOMEN TUUM EX INDICE ACCEPTORUM TOLLEMUS.

HŌC TEMPORE DUO FERĒ MILIA HOMINUM LATINĒ DOCTORUM ACCIPIUNT EPISTULAS LEONINAS ELECTRONICĒ MISSAS. EPISTULAS LEONINAS I-CCXXXIX INVENIES IN INTERRETI SUB HAC INSCRIPTIONE, QUAE SEQUITUR:  
<http://ephemeris.alcuinus.net/leonina/>

MAXIMĒ ID CURAMUS, UT COPIAM VERBORUM LATINORUM CONVENIENTER AUGEAMUS ET TEXTŪS MODERNOS CUIUSVIS ARGUMENTI QUAM OPTIMĒ IN LATINUM SERMONEM CONVERTAMUS. ROGATUR, UT MANUSCRIPTA MITTANTUR VIĀ ELECTRONICĀ. MENDA SIVE GRAMMATICA SIVE METRICA, QUOD FIERI POTEST, TACITĒ TOLLUNTUR.

EN HABES EPISTULAM LEONINAM

**DUCENTESIMAM QUINQUAGESIMAM QUARTAM (254)**

# ARGUMENTA

<b>PRAEFATIUNCULA.....</b>	<b>03-04</b>
<b>CHRONOGRAMMA DEMMINGIANUM.....</b>	<b>05</b>
<b>CHRONOGRAMMA KRÜSSELIANUM.....</b>	<b>06</b>
<b>CARMEN MARTIALE MARTINI FREUNDORFER.....</b>	<b>07</b>
 <b>BELLUM UCRAINICUM</b>	
ALLOCUTIO VLADIMIRI PUTINI IMPETUM IN UCRAINIAM FACTURI.....	08-20
Paul Craig Roberts.....	21-22
ECCE MINISTRI DEFENSIONIS.....	23
Roland Tichy.....	24-26
GRYLLI POLEMICI.....	27-28
Sahra Wagenknecht.....	29-33
 <b>CHRONOGRAMMATA HERBERTIANA.....</b>	<b>34-38</b>
 <b>CHRONOGRAMMATA ROESSLERIANA.....</b>	<b>39-40</b>
 <b>DE DIALOGO MELIORUM THUCYDIDEO.....</b>	<b>41-46</b>
 <b>DIALOGUS MELIORUM GRAECO-LATINUS.....</b>	<b>47-55</b>
 <b>CORRIGENDA ET SUPPLENDÄ.....</b>	<b>56</b>
 <b>LIBRI LEONIS LATINI.....</b>	<b>57-60</b>

## PRAEFATIUNCULA

**LEO LATINUS OMNIBUS HOMINIBUS LATINITATIS  
AMANTIBUS SAL.PL.DIC.**

*Cara Lectrix, Care Lector,*

die 24. m. Febr. Russi milites magnum impetum facere coeperunt in Ucrainiam. Istius belli, quod est iuri gentium adversum, nulla est ratio reddenda neque ulla excusatio; quod eadem ratione condemnandum est quâ omnia bella iuri gentium adversa, quae annis praeteritis sunt gesta et excitata et quibus tot homines sunt interfici. Interim in Ucrainâ iam mortui sunt multa milia hominum. Scilicet magnum esse periculum, ne iste conflictus trans Ucrainiam expandatur, immo ne qui imperator in tantum vesaniae progrederiatur, ut utatur armis nuclearibus. Itaque nunc summo cum studio curandum est, ne bellum ingravescat, ne ulla res fiat, quâ profecto periculum belli mundani augeatur. Nam puto inde ex bello frigido finito numquam nobis fuit ullus status rerum, ubi istud periculum tantum fuit quantum est nunc. Si deliberamus, quonam modo ex istac miseriâ evadamus, oportet, ut recordemur, quo modo in eandem venerimus. Primo loquatur ipse Vladimirus Putinus praeses Russiae; legas quaequo, quibus verbis idem bellum indixerit Ucrainiae. Addidi nonnullos commentarios a variis diurnariis scriptis et a me in Latinum conversis. Sunt historici

atque politologi, qui causas impetū Russici indagantes meminerint illius Dialogi Meliorum illustrissimi, quem scripsit THUCYDIDES historicus Graecus magnus animae humanae investigator... Itaque mihi haud ineptum visum est illud episodium Belli Peloponnesiaci ingeniosissimē scriptum hac in Epistulā Leoninā afferre originaliter Graecum necnon in Latinum conversum...

Semper autem nobis valeat vigeatque proverbium illud iuridicum et verē et genuinē Romanum quod est:  
**Audiatur et altera pars! Butyrum et mel comedere, cara Lectrix, care Lector,** ut scias reprobare malum et eligere bonum. - Faxit Deus omnipotens, ut quam maturrimē arma sileant et homines resipiscant...

*Pancratice vale et perge mihi favere.*

*Medullitus te salutat...*

**Dr. Nicolaus Groß**

**Sodalis Academiae Latinitati Fovendae**



<http://www.leolatinus.com/>

**LEO LATINUS**

**Senden ex oppidulo Bavariae Suebicae,**

**Die Martis**

**08. m.Mart. a.2022**

# **CHRONOGRAMMA DEMMINGIANUM**

PAX OPTIMA RERVM PEREAT PVTIN

*HDf*

# **CHRONOGRAMMA KRÜSSELIANUM**



**PVTIN, MEMENTO, VBI EST FRATER TVVS?**  
2022

Nach Gen 4,9: Da sprach der Herr zu Kain: Wo ist dein Bruder Abel?

Jetzt also die Jagd auf Selenski. Söldnertruppen und Panzer auf dem Weg nach Kiew. Putin, lies zusammen mit Cyrill, deinem Patriarchen von Moskau, der seinen Mund nicht aufbekommt und die Brüder der Ukrainischen Orthodoxen Kirche ihrem Schicksal überlässt, wie die Fortsetzung in Gen 4,16 lautet:  
Und ließ sich im Land Nod, östlich von Eden, nieder.

Gott verbietet die Rache, selbst im Umgang mit Kain. Jeder Mensch steht unter Gottes Schutz. Der Westen ist trotz des barbarischen Umgangs Putins mit dem Brudervolk der Ukrainer nicht auf Rache aus. Bleibt auch für Putin der Ausweg nach Osten? Warum nicht ein Austausch mit Nawalny?

**Chronogramma confecit Hermann Krüssel**

## CARMEN MARTIALE MARTINI FREUNDORFER

MARTINVS SODALIBVS

Mars fuit effundens calidum super arua cruem  
et populus fugiens horrida tela timet.

Mars fuit et feriunt missilia fulmina tecta  
et strepitus pugnas indicat esse graues.

Mars fuit et prompte fortissimus incola pugnat  
aggressisque necem callidus igne parat.

Mars fuit et quaero, quid gens uisura sit icta,  
omnia cum uastent arma domusque flagrent.

VALETE

# **ALLOCUTIO VLADIMIRI PUTINI IMPETUM IN UCRAINIAM FACTURI**



Vladimirus Putinus in allocutione televisoriâ annuntiat initium operationis militaris  
in regione *Donbas* facienda, d.24.m.Febr. a.2022

<https://www.merkur.de/politik/putin-rede-russland-ukraine-konflikt-invasion-krise-krieg-militaeroperation-usa-zr-91370040.html>

## **„Consequentiae, quales in historiâ numquam experti sunt“: Putinus quibus verbis bellum indixerit**

d.25.m.Febr. a.2022, h.09:29

Ex diei Iovis mânë ineunte Russia impetum facit in Ucraianam. Putinus in allocutione televisoriâ causas explicuit aggressionis suaes.

*Moscuae – Mâne diei Iovis ineunte **Vladimirus Putinus** praeses Russiae imperaverat, ut impetus fieret in Ucraianam. Putinus allocutione televisoriâ h.5.30 se vertit ad populum suum communitatemque orbis terrarum, ut causam afferret iuris gentium fracti. Divulgamus partes allocutionis Putinianae gravissimas e theodiscâ versione in Latinum conversas. Basis versionis theodiscae fuerat transcriptio orationis Putinianae russica, quam gubernatio Russiae diurnariis obtulerat.*

<https://www.tagesspiegel.de/politik/begründung-für-die-invasion-putins-kriegserklärung-gegen-die-ukraine-im-wortlaut/28101090.html>

## **Causae impetūs a Putino allatae Putinus quibus verbis Ucrainiae bellum indexerit**

*Putinus in allocutione televisoriā impetum in Ucrainiam faciendum annuntiavit verbis acribus. En cara Lectrix, care Lector, hīc habes huius orationis Putianae textum **completum**, quem e russico sermone in theodiscum convertit **Anastasia Klimovskaya**, e theodisco in Latinum **Leo Latinus**. - Vladimirus Putinus praeses Russiae nocte ante diem Iovis habuit allocutionem televisoriam, in quā Russos certiores fecit de impetu in Ucrainiam faciendo. Nonnulli observatores ex hac oratione concluserunt Putinum minari se occidentalibus illaturum esse bellum atomicum, si iidem expeditioni Russorum Ucrainianam intervenissent.*

***Cari cives Russiae! Cari amici!***

Hodie denuo mihi necessarium esse videtur redire ad tragicos eventūs in regione *Donbass* factos et ad quaestiones praestantes, quae spectant ad Russiae securitatem propriam.

Incohare velim illā re, quam commemoravi in oratione meā diei 21. m.Febr. huius anni. Loquor de iis, quae nobis plurimum cordi sunt, de periculis fundamentalibus, in quae terra nostra gradatim et annuatim ab hominibus politicis occidentalibus responsalitatis expertibus apertē neque ullā cum necessitate adducitur.

Loquor de regionis NATOnianae versus orientem expansione deque propinquitate, quam habet infrastructura NATOnis ad limites Russiae.

Nōtum est nos ex 30 annis perseveranter atque patienter conari id efficere, ut cum terris NATOnis ductricibus consentiremus de principiis securitatis aequae atque indivisibilis in Europā valentibus.

Postquam consilia nostra proposuimus, nobis responsum est aut deceptionibus cynicis mendaciisque aut conatibus suppressendi atque concutiendi, cum foedus boreoatlanticum adversus omnes nostras reclamationes atque vituperationes magis magisque augeatur. Machinae bellicae promoventur et – repeto hoc – eaedem limitibus nostris appropinquant.

## **"Socordia et ignorantia erga nostra studia et postulationes prorsus legitimas"**

Quare fiunt haec omnia? Quare tantâ cum impudentiâ dicitur ratione loquendi exclusivâ et infallibili et licentiâ? Unde venit ista socordia et ignorantia erga nostra studia et postulationes prorsus legitimas?

Responsum est clarum et intellegibile et manifestum. Annis octogenariis saeculi proximi praeteriti ineuntibus Unio Sovietica debilitata collapsa est. Totus processus rerum illo tempore factarum nobis hodiernis est aptus est ad discendum; ex eodem apparuit potestatis atque voluntatis debilitationem esse primum gradum humiliationis et obliterationis. Cum aliquamdiu confidentiae nostrae essemus expertes, aequitas virium huius mundi erat turbata.

Quo factum est, ut pacta priora et conventa non iam valeant. Neque studia persuadendi neque precandi profuerunt. Omnia quae hegemoni displicant declarantur esse archaica et obsoleta et supervacanea. Et vice versa: Omnia quae istis videntur sibi commoda, dicuntur esse ultimativê vera et omni pretio et asperê omnibusque rationibus appetita impenetrantur. Homines aliter cogitantes suppressuntur.

Ea quae nunc tractaturus sum, non sôlum spectant ad Russiam neque sôlum ad nos. Eadem spectant ad totum systema relationum internationalium, immo interdum etiam ad Americanorum associatos ipsos. UdSSR, i.e. Unione Sovieticarum Rerum Publicarum Socialisticarum collapsâ reverâ coepit fieri nova distributio mundi et traditis normis iuris internationalis – quarum praestantissimis et fundamentalibus post bellum mundanum alterum acceptis magnam partem belli resultata confirmata sunt – eae nationes cooperunt impediri, quae in bello frigido declaraverunt se esse victrices. Oportuit autem easdem distribuere ratione indemni et patienti et professionali, respicere studia atque requisita omnium terrarum, necnon conscientias esse responsalitatis suaes.

At nequaquam! Exortus est status quidam euphoriae ex sensu superioritatis absolutae, ex genere quodam absolutismi moderni, idque adversus generalis cultûs civilis qualitatem malam et arrogantiam illorum, qui statuta sibi tantum commoda praeparaverant, comprobaverant, impetraverant. Condicio coepit mutari.

## **"Complures septimanae, quibus bombae in urbium civilium infrastructuras essentiales sunt iniectae"**

Non necesse est procul abire ad exempla invenienda. Primo facta est militaris operatio sanguinolenta in urbem *Singiduni* idque sine permissu consilii securitatis Nationum Unitarum. Per complures septimanas continuo bombae iniciebantur urbibus civilibus atque infrastructuris essentialibus.

Oportet nos commonefaciamus harum rerum factarum, quia nonnulli collegae occidentales haud libenter recordantur hos eventūs, et si nos loquimur de iisdem, illi mālunt non provocare ad normas iuris gentium, sed ad circumstantias, quas suo arbitrio aestimant.

Deinde ordo vocavit Iraciam, Libyam, Syriam. Vi militari iniustē in Libyam adhibitā omniumque decretis consilii securitatis Nationum Unitarum neglectis id effectum est, ut res publica penitus destrueretur, ut conderetur ingens seminarium tromocratiae internationalis, ut inicerent terram calamitati humanitatis necnon longum bellum civile, quod adhuc saevit.

Istac tragoediā, quā centum milia, immo miliones hominum non sōlum in Libyā, sed in totā regione in perniciem adducti sunt, effecta est fuga massalis hominum ex Africā boreali et Oriente propinquō in Europam.

Similis fortuna Syriae provisa erat. Invasio coalitionis occidentalis in territorio huius terrae sine assensu gubernationis syriacae et sine sanctione Consilii Securitatis Nationum Unitarum nihil est nisi aggressio sive interventio.

## **"Dicta sunt mendacia a civitatis primoribus et ex alto tribunali Organisationis Nationum Unitarum"**

Etiam invasio Iraciae magni est momenti, sed scilicet expers sit omnis fundamenti iuridici. Civitates Unitae in Iracim invaserunt sub eo praetextu, quod Iraciani dicti sunt habere arma destructionis massalis.

Ut hoc demonstraret, minister rerum externarum US-Americanus coram toto mundo tubulum pulvere albo completum quatiens affirmavit tubulo inesse substantiam chemicam pugnatoriam, quae in Iracia esset confecta.

Postea patetfacum est rem esse falsatam, esse fraudem: In Iracia nulla erant arma chemica. Incredibile, mirificum, sed res manet vera. Mendacia erant dicta a civitatis primoribus et ex alto tribunali Organisationis Nationum

Unitarum. Inde effecta sunt amissiones enormes, destructiones, necnon incredibilis unda tromocratiae.

Generaliter multis in regionibus orbis terrarum, ferê ubique, quo occidentales veniunt ut ordinem suum instituant, remanere videntur vulnera cruenta insanabilia, vulnera tromocratiae internationalis et extremismi. Ea quae dixi sunt exempla iuris gentium neglecti immanissima, sed longe non omnia.

### **"Ubi sunt iustitia et veritas? Nihil nisi mendacia et dissimulatio!"**

Ad ea spectat etiam id, quod nostrae terrae promissum est NATOnem ne centimetro quidem expansum iri versus orientem. Repeto: Fraudati sumus, aut, ut loquamur more populari, sumus deruncinati.

Scilicet saepe audiri negotium politicum esse sordidum. Fortasse, sed non semper tam sordidum, tantopere quam in ista re. Nam tanta fraudatio non sôlum contraria est principiis relationum internationalium, sed praesertim normis moralibus ethicis communiter comprobatis. Ubinam sunt in hac re iustitia et veritas? Nihil inest nisi mendacia et dissimulatio.

Ceterum ipsi Americani politici et politologi scribunt atque dicunt in Civitatibus Unitis his annis proximis praeteritis exortum esse „imperium mendaciorum“ genuinum.

Difficile est huic sententiae non assentiri – ita est. At non est causae, cur hanc rem nimis parvi facere: Reverâ Civitates Unitae adhuc sunt magna terra necnon potestas systematis effectrix. Satellites eisdem non sôlum morem gerunt humiliter atque oboedienter tamquam omni occasione concinentes, sed etiam eorum mores imitantur et animo inflammato comprobant regulas ab iis propositas.

Itaque licet bonâ causâ dicere totum istum globum vel molem occidentalem, quae a Civitatibus Unitis secundum earum imaginem propriam formata est, esse illud „imperium mendaciorum“.

Quod attinet ad terram nostram, isti Unione Socialisticarum Rerum Publicarum Sovieticarum collapsâ, quamquam nova Russia moderna animo unicê aperto necnon sub condicione disarmationis unilateralis ad cooperationem cum Civitatibus Unitis aliisque participibus occidentalibus fuit paratissima, isti statim conati sunt nos dispellere, delere necnon funditus destruere.

Hoc ipsissimum factum est annis nonagenariis et bismillennariis ineuntibus, quibus occidentales collectivi in Russiâ australi activê adiuvit separatismum et catervas militum mercennariorum. Quantae victimae nobis erant dandae, quantas amissiones sumus passi, quanti labores nobis fuerunt exanclandi, usque dum tandem in Caucaso tolleremus tromocratiam internationalem! Haec recordamur, haec numquam obliviscemur.

**"Isti mores, [...] qui directê ducunt ad degradationem atque degenerationem, quia sunt naturae humanae adversi"**

Profecto isti usque nunc iterum iterumque conantur abuti nobis ad usûs suos proprios, valores nostros traditos destruere nosque cogere, ut suos pseudo-valores accipiamus, quibus nos nosterque populus intrinsecus dissolveretur, isti mores, quos iam in alias terras aggressivê introducunt induendos et qui directê ducunt ad degradationem atque degenerationem, quia sunt naturae humanae adversae.

At hoc istis non continget, hoc numquam contigit neque nunc continget.

Adversus ista omnia m.Dec. a.2021 denuo conati sumus id assequi, ut inter nos et Civitates Unitas earumque socios conveniret de principiis securitatis in Europâ observandis deque NATOnis expansione evitandâ. At omnes conatûs nostri facti sunt frustra. Sententia Civitatum Unitarum non est mutata. Quibus non videtur esse necessarium convenire cum Russiâ de hac quaestione nobis gravissimâ, eadem proprios suos scopos appetentes studia ac commoda nostra prorsus negligunt.

Scilicet nos hac sub condicione quaerere: Quid nunc est agendum, quid exspectandum? Historiâ cognitâ scimus Unionem Sovieticam a.1940 et a.1941 ineunte omnia fecisse, quibus bellum aut impediretur aut saltim retardaretur.

Ut hoc efficiatur, etiam necesse est omnem aggressoris potentialis irritationem usque ad ultimam minutam eo evitare, quod gradûs maximê necessarios atque propinquissimos impetûs inevitabilis arcendi non fiunt aut differuntur. Gradus autem, qui denique facti sunt, ratione fataliter calamitosâ erant retardati.

Ita factum est, ut terra nostra parum praepararetur ad impetum Germaniae nationali-socialisticae, qui d.22. m.Iun. a.1941 factus est sine belli inductione. Hostis autem repulsus deletus est, sed pretio ingenti.

Quia brevi ante magnum bellum patrium gubernatio errore conata erat aggressori placere, populo ingens pretium fuit solvendum. Prioribus mensibus pugnarum magnas regiones perdidimus ad strategiam multum valentes necnon miliones hominum. Talem errorem iterum non faciemus, nobis non est ius istum iterum faciendi.

**"Dubium non est, quin impetus directus in terram nostram factus omni aggressori potentiali evadat in cladem et malas consequentias."**

Ii qui student mundo dominari nos Russiam publicê et impune et – quod verbis effero – sine ulla causa allata – declarant hostem suum. Qui profecto hodie sunt magnis facultatibus pecuniariis, scientificis, technologicis, militaribus. His rebus cognitis obiectivê aestimamus minas quae continuo nobis resonant in regione oeconomiae, necnon nostram facultatem isti concussioni impudenti et permanenti resistendi. Repeto nos istorum minas nostrasque facultates aestimare sine illusionibus valdêque realisticê.

In re militari Russia moderna etiam post collapsum Unionis Socialisticarum Rerum Publicarum Sovieticarum et post amissionem magnae partis illius est una ex potestatibus nuclearibus totius orbis terrarum maximis necnon nonnulla habet commoda, quae spectant ad quaedam systemata armorum modernissima. Itaque dubium non est, quin impetus directus in terram nostram factus omni aggressori potentiali evadat in cladem et malas consequentias.

Technologia autem, etiam technologia defensoria, celeriter mutatur. Principatus huius disciplinae mutatus est et mutabitur, sed armatio regionum nobis propinquarum, si a nobis permittitur, per decennia, fortasse in sempiternum, permanebit et erit periculum continuo crescens Russiae imminens.

**"Non licet nobis diutius inertes spectare ea quae fiunt. Istud esset prorsus irresponsale"**

Iam nunc, ubi NATO versus orientem expanditur, condicio terrae nostrae in annos fit peior atque periculosior. Insuper duces NATOnis his diebus expressis verbis dixerunt necessarium esse progressum infrastructurae huius federationis versus limitum Russiae accelerare atque augere. Ut

aliter dicam: Illi aggravant verba sua. Nobis non diutius licet inertes aspectare ea quae fiunt. Istud esset prorsus irresponsale.

Nos nullo modo comprobamus infrastructuram Foederationis Boreoatlanticae amplificari et territorii ucrainiani usum militarem incohatum continuari.

Scilicet problema non effici ab ipsâ organisatione NATOnis – quae nihil est nisi instrumentum rationis politicae Americanorum externae.

Problema autem eo efficitur, quod in regionibus nobis affinibus – bene nota hoc fieri in regionibus, quae ratione historicâ sunt nostrae propriae – oritur „Anti-Russia“, quae extrinsecus plenê custoditur, a militibus terrarum NATOnis incolitur et armis modernissimis abundantissimê completur.

Civitatibus Unitis earumque sociis ista res est manifesta ratio geopolitica Russiae continendae. At terrae nostrae ista res est quaestio vitae mortisve, quaestio, ex quâ dependet futura existentia nationis nostrae historica.

Neque his verbis rem exaggero. Nam talis est res. Nam in verum periculum adducta sunt non sôlum studia atque commoda nostra, sed etiam existentia civitatis nostrae eiusque superanitas. Haec est linea rubra, de quâ iterum iterumque est dictum. Illi hanc lineam transgressi sunt.

Quod attinet ad hanc rem – et ad condicionem quae nunc valet in *Donbass*. Apparet illas vires, quae a.2014 in Ucrainiâ commiserunt praxicopema, potestatem sibi arreptam ratione suffragiorum potius decorativâ quam obiectivâ retinuerunt, solutionem conflictûs pacificam definitivê recusare. Per octo annos, per illas octo annos ferê infinitos, omnia fecimus, ut istud problema solveretur subsidiis pacificis atque politicis. At omnia frustra facta sunt.

Ut iam dixi in oratione meâ priore, fieri non potest, ut res, quae ibi fiunt, videas sine misericordiâ. Non iam fieri potuit, ut istud pateremur. Iste horror – istud genocidium, quod fit in miliones hominum ibi viventium, qui in nullâ re spem ponunt nisi in Russiâ, qui nihil sperant nisi nos venturos – statim debuit finiri. Illorum hominum studiis et doloribus et commotionibus animi imprimis inducti sumus, ut res publicas populares ipsius *Donbass* officiliter recognosceremus.

Istud autem sentio denuo esse verbis efferendum: Terrae NATOnis praecipuae in Ucrainiâ adiuvant, ut propria sua destinata assequantur, nationalistas extremos et neonacistas, qui ipsi incolis Chersonesi Tauricae

atque Sebastopolis numquam ignoscent, quod liberē statuerunt, ut cum Russiā readunarentur.

**"Evitari non potest Russiam cum istis viribus collidi. Nescimus, quando collidantur, sed certo scimus easdem inter se collisum iri."**

Scilicet istos iter facturos esse in Chersonesum Tauricam, ita ut fecerunt in *Donbass*, bellum gessuros esse, ut interficiant, sicut catervas nationalistarum ucrainiorum, qui magno bello patrio fuerunt Hitleriani collaboratore, interfecerunt homines inermes. Qui etiam apertē postulant nonnullas alias regiones russicas.

Totus eventuum processus et analysis informationum acceptarum docent inevitabilem esse collisionem inter Russiam et istas vires. Serius ocios hoc fiet: Ista se praeparant, exspectant momentum temporis aptissimum. Nunc etiam contendunt se possidēre arma atomica. Quod nos non permittemus.

Ut iam dixi, Russia novas realitates post collapsum Unionis Socialisticarum Rerum Publicarum Sovieticarum comprobatas accepit. Respicimus omnes terras in spatio postsovietico exortas et respiciemus etiam. Respicimus et respiciemus earum superanitatem. Exemplum talis respectū est auxilium, quod attulimus Casachstaniae, quod passa est tragicos eventūs atque impetūs in civilitatem integritatemque factos. At Russia ipsa sibi non potest videri secura, non potest excoli, non potest exstare, si ei semper imminent pericula e regione Ucrainiae hodiernae.

Vobis in memoriam revoco nos annis 2000-2005 ratione militari contra tromocratas in Caucaso pugnavisse, integritatem nostrae civitatis defendisse, Russiamque salvam servavisse. Anno 2014 adiuvimus homines incolas Chersonesi Tauricae et Sebastopolis. A.2015 militibus nostris usi sumus, ut fideliter impediremus, ne tromocratae ex Syriā in Russiam invaderent. Nullā aliā ratione fieri potuit, ut nos defenderemus.

**"Ad hunc usum studebimus Ucrainiam liberare a militibus atque nacistis"**

Similia etiam nunc fiunt. Nobis non relicta est alia possibilitas quam ea, quā hodie ut utamur coacti sumus. Debemus defendere Russiam populumque nostrum. Circumstantiae postulant, ut agamus animo praesenti. Res publicae ipsius *Donbass* Russiam rogaverunt, ut se adiuvaret.

Hac in cohaerentiâ Consilio Foederationis Russicae assentiente et contractûs a Congregatione foederali a.22. m.Febr. huius anni secundum partem 7 articulum 51 Chartae Nationum Unitarum ratificatos ad effectum adducens decrevi, ut fieret specialis operatio militaris. Quae fiet eo consilio, ut homines protegantur, qui ex octo annis a regimine Chioviensi violenter tractentur, immo interficiantur. Ad hunc autem finem assequendum studebimus regionem a militibus et socialistis nationalibus liberare necnon illos in ius vocare, qui scelera commiserint in populum civilem civibus Foederationis Russicae inclusis. Tamen nolumus occupare regiones ucrainianas. Nolumus homines vi cogere, ut aliquid faceret.

Simul hōc tempore saepius saepiusque auditur documenta illa, quibus subscrisperit regimen sovieticum totalitare, in quibus resultata Secundi Belli Mundani sunt definita, non iam esse ad effectum adducenda. Quid huic sententiae est respondendum?

Resultatum Secundi Belli Mundani est sanctum, quales sunt etiam victimae in altari victoriae de socialismo nationali oblatae. Sed hoc non contradicit magnis bonis iurum humanorum atque libertatum, quae positae sunt ex realitatibus decenniorum postbellicorum. Neque hōc infirmatur ius autodeterminationis nationum, quod articulo 1 Chartae Nationum Unitarum est constitutum. Velim vobis in memoriam revocare neque in condendâ Unione Socialisticarum Rerum Publicarum Sovieticarum neque post Secundum Bellum Mundanum aliquem quaesivisse ex hominibus eas regiones incolentibus, quae hodie complectunt Ucrainam, quomodo vitam suam vellent agere. Nostra ratio politica nititur libertate civis cuiusvis fortunam sui suorumque liberorum ad libitum deteminandi. Necnon credimus omnibus gentibus hodiernam Ucrainam incolentibus, omnibus, qui hoc ius velint exercere – magni momenti esse hoc ius sibi eligere.

### **"Agitur de ipsâ Russiâ protegendâ ab istis, qui Ucrainiam sibi ceperunt obsidem"**

Hac in cohaerentiâ appello cives Ucrainiae. A.2014 Russia erat obligata, ut incolas Chersonesi Tauricae protegeret ab illis, quos vos ipsi appellatis „nacistas“. Homines Chersonesum Tauricam atque Sebastopolin incolentes statuerunt, ut fierent cives patriae suaे historicae, id est Russiae, et nos illos adiuverunt in eâ re. Etiam in hac re non potuimus aliter agere.

In eventibus hodiernis non agitur de studiis commodisque Ucrainiae deminuendis. Agitur de ipsâ Russiâ protegendâ ab istis, qui Ucrainiam sibi ceperunt obsidem et conantur eandem adhibere contra nostram terram eiusque populum. Etiam hîc agitur de defensione sui ipsius contra pericula, quibus sumus expositi et contra infortunium etiam maius quam hoc, quod hodie fit.

Quamquam hoc est difficile, rogo vos, ut hoc intellegatis, et adhortor vos, ut cooperemini, ut hanc paginam tragicam quam celerrimê vertamus et communiter progrediamur eo quod nemini permittimus nostris negotiis se intermiscere, sed unus alteri non obnoxii illa foveamus et excolamus ita, ut efficiantur necessariae condiciones ad omnia problemata superanda et adversus limites statales intrinsecus augeamus, ut simus unitas coadunata. Credo oportere, ut talis fiat condicio nostra.

**"Nolite exsequi mandata istius gubernationis militaris sceleta. Flagito, ut istorum arma statim deponatis et domum eatis"**

Oportet me etiam converti ad milites exercitûs Ucrainiani.

Sociae atque socii! Vestri patres et avi et abavi non eo fine contra nacistas pugnaverunt defenderuntque communem nostram patriam, ut neonacistae hodierni potestatem in Ucrainâ sibi arriperent. Qui sacramento obligati sunt in populum ucrainicum neque in gubernationem militarem populo adversam, quae Ucrainiam expilat et ipsum populum molestat.

Nolite exsequi istius gubernationis militaris mandata sceleta. Flagito, ut arma vestra deponatis et domum eatis. Ut clarê dicam: Omnes exercitûs ucrainiani participes, qui hanc postulationem secuti erunt, poterunt regionem bellicam sine impedimentis relinquere et redire ad familias suas. Iterum verbis effero: Si quae caedes fiet, sôlum regimen, quod nunc regit Ucrainiam, erit responsale.

Nunc dicam nonnulla verba gravia, valdê gravia illis, qui fortasse **extrinsecus conabuntur se rebus intermiscere**. Quicumque conatus erit rei nostra se intermiscere, ne dicam, terram nostram nostrumque populum in periculum adducere, sciat oportet Russiam statim responsuram esse et consequentias effectum iri, quales vos in historiâ vestrâ nondum experti estis.

**Nos sumus praeparati ad omnem rerum processum.** Quoad hanc rem omnia necessaria iam sunt decreta. Spero me audiri.

### **Cari cives Russiae!**

Salus atque existentia, totarum civitatum populorumque, eorum successus prosperus atque vitalitas exoriuntur ex ingenti rhizomate cultuum civilium valorumque experientiarum traditionumque, quas a maioribus acceperunt necnon scilicet illae pendeant a facultate illarum se ad vitam continuo mutabilem adaptandi, a cohaerentiâ societatis, a promptitudine animi colligendi viresque omnes inter se coniungendi, ut progrediamur.

### **"Ratio politica ,Imperii mendaciorum‘ imprimis nititur violentiâ brutâ et directâ"**

Vires semper sunt necessariae – semper - , sed vis est variae qualitatis. Ratio politica ,Imperii mendaciorum‘ de quo in oratione meâ locutus sum, imprimis nititur violentiâ brutâ et directâ. Talibus in casibus dicimus: ,*Tu habes potestatem, non eges intelligentia‘.*

At scimus veram vim positam esse in iustitiâ atque veritate, quae est apud nos. Si hoc verum est, difficile est dubitare an animus fortis et ad pugnam paratus sit fundamentum independentiae atque superanitatis, fundamentum, inquam, necessarium, in quo sôlo aedificari possunt vita futura et domus et familia et patria.

### **Cari cives!**

Pro certo habeo milites et praefectos exercitûs russici, qui patriae suae sunt fideles, officium suum praestare cum peritiâ et audaciâ. Non dubito, quin omnium ordinum politici et specialistae, qui responsales sunt pro stabilitate nostrae oeconomiae nostrique systematis pecuniarii nostrorumque circumiectorum socialium, necnon vires nostrarum negotiationum totiusque oeconomiae russicae cooperaturi sint harmonicê atque efficaciter.

Confido de animo omnium partium viriumque publicarum consolidatâ et patrioticâ. Denique fortuna Russiae, ut iam semper in historiâ, est in manibus nostri populi multiethnici habilibus. Inde sequitur nos decreta nostra ad vim adducturos esse nostraque proposita assecuturos

securitatemque patriae nostrae fideliter praestitum iri. Credo me a vobis adiutum iri necnon vim, quam accipimus amore patriae, esse invincibilem.



**INDICTIONEM BELLI PUTINIANAM  
E VERSIONE THEODISCA  
IN LATINAM CONVERTIT  
LEO LATINUS**

# PAULUS CRAIG ROBERTS QUID SENTIAT DE UNIONIS EUROPAEAE STUDIIS BELLICOSIS

<https://www.paulcraigroberts.org/2022/02/27/the-european-commission-president-announces-in-effect-that-eu-is-joining-the-war-against-russia/>



Praesidentissa Commissionis Europaeae declarat Unionem Europaeam participem fieri belli contra Russos gerendi – scripsit Paulus Craig Roberts. Emisit d.27. m.Feb. a.2022 h.18.38 MEZ:

Mirum est quod nemo ducum occidentalium aut diurnariorum intellexit Russiam serio atque graviter sollicitari de securitate suâ in periculum adductâ. Sive occidentales putant curas Cremlini esse iustâ de causâ effectas sive non, omnia facienda fuerunt ad animum Russiae sedandum. Loco eius rei facta sunt contrariae. Idiota Stoltenberg respondit: »Si Cremlinus id sibi proposuit, ut minus NATOnis haberet prope limites suos, accipiet etiam plus NATOnis.« Eheu quam stultê, quam arroganter hoc dixit! Iste idiota importunus est secretarius NATOnis generalis. Qui fuit statim ab ordine movendus!

Ante 8 dies praedixi hanc responsionem perquam aggressivam erga magnam potestatem militarem reverâ securitati assequendae studentem effectûs habituram esse gravissimos. Hac responsione Cremlino persuasum est curas Russorum securitatis tolli non posse disceptando. A Stoltenbergio viro stultissimo effectum est, ut Russi Ucrainiam invaderent.

Occidentales non iam habent homines Russiae verê peritos. Occidentales habent homines directê aut indirectê salarium a complexu rei militaris securitatisque accipientes, qui nihil aliud faciunt quam Russiam condemnant. Occidentales audire non possunt alteram partem. Insuper occidentales, ut demonstrent aequalitatem sexuum, mulieres faciunt ministras defensionis et consiliarias securitatis nationalis et directrices Commissionis Europaeae. Eadem mulieres cum debeat demonstrare se esse tam duras quam viros, etiam peiora statuunt quam iidem.

Profecto non multum abest, quin in aleam subducamus existentiam nostram, quia mundus occidentalis non iam aptus est ad res prudenter

statuendas. Occidentales idiotici nihil fecit nisi flamas belli excitaverunt; nunc non multum abest, quin his flammis consumantur.

*Ursula von der Leyen* idiotica praesidentissa commissionis Unionis Europaeae annuntiavit Unionem Europaeam adversus monitum Putini pecuniam daturam esse ad arma emenda et Ucrainiae afferenda. Porro haec mulier dixit etiam Russiae Albae ab Unione Europaeâ sanctionibus punitum iri, quia eadem natio Russiae esset associata. Ursula praeter ea dicit Unionem Europaeam interdicturam esse russica media diurnaria, quia eadem non fideliter redderent versionem relationum bellicarum officialem. Ergo praesidentissa Commissionis Europaeae annuntiat Unionem Europaeam factum iri sociam Ucrainorum nacistarum; Vassintonii autem ambasciator Nationum Unitarum idioticus accusat Putinum, quod bellum ingratet. Videmus hîc Putinum nimis diu erga occidentales praestitisse patientiam. Occidentales enim soliti sunt Russiae unam poenam imponere post alteram, tamen inde nullam consequentiam accipere. At nunc subito cum consequentiae fiant, omnia dicuntur fieri culpâ Putini.

Ex nonnullis iam annis moneo, ne talis ratio politica patientiae denique evadat infeliciter, quia occidentales tam diu urgebunt, usque dum lineam rubram transgressi caespitent. Quod nunc factum est. Effectûs autem multo erunt graviores quam fuissent, si Russia reactionem suam prius accelerasset.

Idiotae russophobi mihi obiciunt me esse defensorem Russorum, quia praebeo analyses obiectivas pro eo, ut assentiar denuntiationibus stupidissimis. Evidem propter falsam rationem politicam utriusque partis dixi imminere bellum atomicum.

Male evaserunt occidentalium sententiae russophobicae et Russorum fides simplex in disceptationibus posita. Itaque mea analysis probatur recta. Non possum dicere me de hac re gaudere.

**PAULUS CRAIG ROBERTS SCRIPSIT  
DE STUDIIS UNIONIS EUROPAEAE BELLICOSIS.  
LATINE REDDIDIT  
LEO LATINUS.**

# ECCE MINISTRI DEFENSIONIS

CIVITATUM UNITARUM – RUSSIAE – SINARUM NECNON GERMANIAE -  
VARIETAS DELECTAT.



James N. Mattis (2017-2018) – Sergei Kuschugetowitsch Schoigu (Сергей Кужугетович Шойгу, ex a.2012) – Chang Wanquan (常万全, 2012-2018) - Annegret Kramp-Karrenbauer quae annis 2019-2021 munere ministrae defensionis functa est. Eadem mulier ex Saraviâ oriunda solet tempore Saturnalium Saraviensium gerere personam purgatricis.

<https://www.tichyseinblick.de/tichys-einblick/krieg-in-europa-und-die-dummheit-in-deutschland/>

# De Russiae impetu in Ucrainiam facto

## Bellum versari in Europâ, in Germaniâ stultitiam



Scripsit [Roland Tichy](#)  
d.24. m.Febr. a.2022

**Russiae Praeses Vladimirus Putinus aggressione militari chartam geographicam novâ ratione vult delineare. Qui maximê valet polletque stultiâ, quae versatur in Germaniâ.**

Bellum adest, et si finitum erit Ucrainiâ collapsâ, incipiet demum cum verâ suâ vehementiâ. Quo destruitur aetas pacis; ad bellum non sumus parati. Pax quadamtenus firma in Europâ valens ex anno 1945 posita erat ex principio claro: limites sunt inviolabiles; nulli terrae licet limites temporis postbellici in dubium vocare. Reditus ad magna imperia priora habebatur pro „revindicationismo“ et „revisionismo“ – id est pro sanguinolentâ inversione statûs, qui acceptus erat ratione sanguinolentâ; nemo voluit bellum.

Nunc bellum denuo adest. Ideoque etiam sciamus oportet Ucrainiam nihil esse nisi casum primum; omnes causae putativa, quibus Putinus rationem reddit impetûs faciendi, etiam referri possunt ad Polonię, ad terras Balticas, Hungarię, Dacorumanię, Bulgarię. Nonne eaedem aut directê aut indirectê pertinuerunt ad Imperium Russorum sovieticum?

Nunc licet Putinum accusemus deque eodem lamentemur. At idem eo potentior est quo infirmiores sunt Occidentales.

*Angela Merkel* cancellaria foederalis effecit, ut eius causâ construeretur gasiductus *Nord-Stream-2* subaquaneus, ad quem construendum negotiaciones germanicae pecuniam solverunt. Iam ex initio manifestum fuit hanc constructionem utilem esse ad Ucrainiam debilitandam, per cuius territorium usque ad hoc tempus transportabatur gasum necessarium. Nunc

Putinus ibi potest bellum gerere et gasiductum destruere – nam gasum fluet in Germaniam Russiae obnoxiam serius ocius per gasiductum *Nord Stream 2* – et in Russiam fluent miliardae, quibus operatur machina bellica. Hic gasiductus est inceptum strategicum, quod ut construeretur Putinus curavit, ut consilia sua impetum faciendi ad effectum adduceret.

Omnis eum adiuverunt, idque omnes consci: *Angela Merkel, Gerhardus Schröder*; ergo duo Germani quondam cancellarii gesserunt negotia Putini. *Manuela Schwesig* Putinum adiuvit, sed etiam *Fridericus Merzius*, qui impedivit, ne sanctiones pecuniariae efficerentur, quibus fluxus pecuniae interrumperetur. *Merzius* est manetque obnoxius magnis lucripetis, etiam munus gerens praepositi factionis christiano-democraticae. *Factio* autem *Alternativa* et *Factio Sinistra* Putini impetum verbis deminuerunt, quasi iste 150.000 militum in regionibus Ucrainiae nihil vellet facere nisi aliquatenus lusūs agere hiemales more traditos.

Eo quod periculum effectu Putini imminentis verbis deminuitur, iste ultimis in lusūs sui actibus maximē valet. Nonnulli etiam ne nunc quidem desinunt verbis deminuere periculum Putinianum. Prasini effecerunt, ut Germania etiam obnoxior fieret gaso Putini strategico. Ipso die invasionis *Stephania Lemke* ministra circumiectorum in Poloniā fuit gubernationi polonicae minans Polonos, si aedificaturi essent electricinas nucleares, sanctionibus punitum iri. Aha. Qui curat, ne sit obnoxius gaso Putini, is debet poenam dare. *Stephania Lemke* digna est praemio, quo mercedem accipiat facultatis oculos comprimendi periculo imminentे.

Scilicet in proelium contra *Lawrowium* Putini ministrum rerum externarum versutissimum committendum a nobis mitti politicos tam splendidos quam *Annalenam Baerbock*; ut loquamus translatē: *Puella anseraria convenit lupum*. *Olafius Scholz* sivit sibi adiubilari, quia postquam Putinum visitavit, imagines diffusae erant falsatae receptūs copiarum putativi. Receptus factus erat nullus. Tamen diurnarii iubilaverunt. Ars politica defensionis est difficilis; necessariae sunt peritia militum et armorum, cogitatio tactica atque strategica, scientia rationis politicae securitatis rerumque externarum.

Omnium harum virtutum prorsus expers est *Christina Lambrecht*, quae iam muneris ministrae iustitiae gerendi fuit inhabilis, sed nunc, ubi est possestrix potestatis imperandi atque mandandi, eadem mulier est munera tam impar quam talpa montes *Himalaya* ascensura, quos vidit e tumulo suo. Ante eam ministra defensionis fuit *Annagreta Kramp-Karrenbauer*; ministerium defensionis videtur esse institutum politicas alendi atque colendi, quae cursum honorum percurrerunt parum feliciter. Ante Annagretam summa Germaniae defenstrix fuerat *Ursula von der Leyen*, quae *harmata*, i.e. currūs cataphractos, ita curavit mutandos, ut iisdem vehiculis circumvehi possent militissae gravidae. Num tales militissae nunc nobis sunt emittendae, ut sistant Putinum impetum facientem? Ministerium defensionis nostrum est panopticum maximē ridiculum.

Licet aegrē feramus facta Putini, immo aegrē ferre debemus. Certē. At idem vir consilia sua politica per longum spatum temporis concepta ad effectum adducit, certo animo, sine scrupulo, ideoque clarē et dilucidē et quam strictissimē. Putini incepta politica eidem non solum bene succedunt, quia per longum tempus sunt praedisposita. Quae bene succedunt, quia cum eodem Russo agunt politici ipsius SPD et – ut apparet – etiam Unionis christiano-democraticae – corrupti, pueri lacticulosi somniis suis potius quam realitati dediti et Unio, quae nondum se absolvit ab *Angelā Merkel*, quae Putinum noverit eumque minimē refrenavit impedivitve, sed eiusdem inceptis favebat.

Iam iam desinamus mala verba facere de Putino. Politici Germaniae rem egerunt cum successu pessimo necnon pergent agere pessimē. Qui sperant sibi permissum iri Civitates Unitas exsecrari, sed si in aliquod periculum adducti erunt, se servatum iri ab Americanorum manu audaci.

Nostra condicio est collapsio systematis nostri germanici. Haud minor est istaec calamitas nostra.

**SCRIPSIT  
ROLANDUS TICHY  
LATINE REDDIDIT  
LEO LATINUS**

## GRYLLI POLEMICI



**CHRISTINA LAMBRECHT MINISTRA DEFENSIONIS UCRAINIANIS PRIMO MISIT  
5000 GALEAS. RUMORES FERUNT EAM ADDIDISSE VAS FLORUM ET PLACENTAM  
CONSPERSAM. POSTEA MISIT 2700 RUCHETAS QUARUM MAGNA PARS FUIT  
MUCIDA ET DEFECTA.**



**WER DIE HEIZUNG ANMACHT  
UNTERSTÜTZT PUTIN!**

**CALEFACTIONEM NE EXPEDIAS:  
NOLI ADIUVARE PUTINUM!**



**»Domina von der Leyen...Audin'...Accepimus vestimenta, quae apta sunt ad mulieres gravidas! Bellissimê! Sed quando dilatabuntur aperturae harmatum (*curruum cataphractorum*)?«**

*Ursula von der Leyen cum esset ministra defensionis (2013-2019), curavit, ut vestimenta conficerentur, quae apta essent ad militissas gravidas harmata (*currûs cataphractos*) gubernantes.*



<https://www.youtube.com/watch?v=c5sp7rZ6pN8>

## **DE BELLO UCRAINICO QUID SENTIAT SAHRA WAGENKNECHT**

**Bellum Ucrainense – "Omne bellum incohatur mendacio" - Sahra Wagenknecht d.25. m.Febr. a.2022**




**Heus vos – salvete novam partem spectaturi „Temporum“ -mmh? - „meliorum“ i.e. „Spectaculum septimanae Wagenknechtianum“!  
Omni die Iovis h̄c loquitur Sahra Wagenknecht**

Nocte ante diem Iovis Russia coepit magnum impetum facere in Ucrainiam. Ut verum confitear – quamquam multa fuerant timenda – mala ingravescentia, periculum belli etiam maius – ista praesentiri potuerant – at Putinum in tantum progressurum esse – hoc, ut sincerē dicam – animo fingere non potueram. Ut hoc dicam clarissimē: Istud, quod ibi nunc fit, est bellum barbaricum, iuri gentium adversum, cuius nulla est ratio reddenda neque ulla excusatio et quod eādem ratione condemnandum est quā omnia

bella iuri gentium adversa, quae annis praeteritis sunt gesta et excitata et quibus tot homines sunt interfecti. Nunc moriuntur homines in Ucrainâ. Scilicet magnum esse periculum, ne iste conflictus trans Ucrainam expandatur. Itaque nunc summo cum studio curandum est, ne bellum ingravescat, ne ulla res fiat, quâ profecto periculum belli mundani augeatur. Nam puto inde ex bello frigido finito numquam nobis fuit ullus status rerum, ubi istud periculum tantum fuit quantum est nunc. Scilicet – certê aliquot vestrum simili affectu fuerunt animi – primo fui prorsus territa – et vox me defecit. Scilicet non sufficere animi terrorem et vocis defectum – sed si deliberamus, quonam modo ex istac miseriâ evadamus, oportet, ut recordemur, quo modo in eandem venerimus. Scilicet istud bellum, quod nunc experimur, non ultro exortum esse, sed causis iam antea efficientibus. Quibus causis afferendis istud bellum non legitimatur. Sed nisi eaedem essent, nunc non essemus in hac re periculosissimâ. Oportet hoc intelligamus. Nam quaestio gravissima, cui oportet respondere studeamus est haec: Quonam modo fieri potuit, ut ex illo Putino, qui olim orationem habuit in conventu legatorum Germanorum foederali, qui amplexus est occidentales, qui manum porrexit cooperationem praebens – quonam modo, inquam, fieri potuit, ut idem Putinus nunc efferatus manûs iactans aspera verba evomat nationalismi plena et nescimus an idem, si condicio ingratata erit, profecto mundum faciat infernalem. Qui sine respectu perditorum et iure gentium evidenter fracto nunc bellum gerit vires suas militares adhibens? Licet quidem dicere: „*qui est discipulus docilis Civitatum Unitarum*‘, qui multis in bellis similia fecerunt.

Ceterum hoc etiam est instrumentum bellandi in omnibus bellis – omne bellum incohatur mendacio – Civitates Unitae mentitiae sunt bellum Iracianum indicentes infantulos immatuos ereptos esse ex apparatibus incubatoriis et fabricata esse arma destructionis massalis. Si audis orationem Putini, animadvertes rationem eandem ipsam. Genocidium – arma destructionis massalis putativa, quae Ucrainia habet saltim potentialiter – et ius gentium, quod in mundo nostro contemptum conculcatur - hoc habet etiam causas antea effientes – ius gentium, quod iterum iterumque negligebatur. Sed non sufficit nobis hanc rem declarare. Consideranti processum rerum his 20 annis praeteritis factum semper semperque mihi in mentem venit vaticinium *Georgii F. Kennan*, magni

Americani politici rerum externarum strategique, qui maturimē praemonuit expansionem NATOnis orientalem usque ad limites Russiae factam fore errorem Civitatum Unitarum ex bello frigido finito maximē fatalem:



*George Kennan*

GEORGE FROST KENNAN  
(1904-2005)

*,Hac re decretā – expansione NATOnis orientali – timendum est, ne in Russiā excitentur inclinationes animorum nationalistae, antioccidentales, militaristicae. Quae res nescio an noceat democratiae in Russiā excolendae, et efficiat talem affectum animorum, qualis fuit inter bellum frigidum, et Russiae rationem politicam rerum externarum ducat in directionem, quae nobis valdē displicebit.‘*  
Haec hactenus dixit Georgius Kennan (d.05. m.Febr. a.1997).

Equidem opinor nos nunc stare in hōc ipso loco. Fuit quidem quondam ratio illa prudens agendi Vilelmi Brandt et Egonis Bahr et aliorum, quae appellata est „res appropinquando mutandae“, i.e., illi studebant cooperando simultates deponere et periculum belli deminuere – quod scilicet etiam fuerit illo tempore. Remoto cynismo paene dixerim: Id quod occidentales et NATO inde ex bello frigido finito fecerunt – id nescio an dicam ,res quae mutandae sunt \*confrontando et \*emarginando et determinando‘. Nam his modis etiam res mutatae sunt. Hoc perquam manifestum est, si consideramus verba ex Russia his 20 annis facta. At istā mutatione non simultates depositae sunt neque pax est confirmata, sed mundus ad loca tam praerupta abductus est, ut non multum absit, quin

excitetur tertium bellum mundanum. Itaque maximē necessarium est, ut ab hōc errore fatali desistamus et alteram viam ingrediamur. Ipso autem hōc tempore scilicet primo agatur de induitiis quam celerrimē assequendis. Itaque per legatos disceptandum est, ut caedibus finis imponatur. Deinde autem agendum erit de receptu copiarum russicarum deque Ucrainiae integritate territoriali stabiliendā. Licet disceptando haec non fieri possint nisi eo pretio, ut fiant illa, quae in Ucrainiorum declaracione independentiae necnon in primā eorum constitutione sunt statuta: ut Ucrainii sint neutrales et abstineant ab armatione additiciā. Cuinam haec essent mala? Hominibus Ucrainiensibus certē non. Neque hominibus Europensibus. At e posteriori non possumus quin quaeramus: Quidnam tota ista insana armatio additicia profuit ipsi Ucrainiae? Cui bono Russia irritari non desita est eo quod promittebatur Ucrainiam fieri posse membrum NATOnis? Ne obliviscamur integrationem militum ucrainianorum partialem – sôlo anno proximo praeterito Ucrainia particeps fuit 7 exercitorum NATOnis! Aliquamdiu duo milia militum Americanorum fuerunt in Ucrainiâ, quibus mandata erat missio erudiendi. Quidnam istaec omnia profuerunt? Istaec nihil profuerunt, sed contulerunt ad simultates ingravandas. Nunc autem omnia nobis facienda sunt, quibus bellum quam celerrimē finiatur. Ne etiam latius expandatur. Itaque bonum est gubernationem dixisse se nulla arma allaturam esse – nam Ucrainia hunc conflictum omnino non poterit decertare armis militibusque. Istud est inceptum nullius spei. Hōc modo si vincere conata erit, nihil accipiet nisi caudem infinitam. Ergo Ucrainiis ne mittantur arma. Quid de minis sanctionum? Nonne vidimus iisdem in Russiâ neminem commotum esse? Licet computi oligarcharum argentarii congelentur – quod me vix anget. At sanctiones oeconomicae – sanctiones, quibus suppeditatio energiae nostra implodatur, collabatur, quia scilicet non fiat nisi gaso russico – cui bono sunt tales sanctiones? Russia si in necessitatem erit adducta, commercium exaugebit cum Sinensibus faciendum. At apud nos pretia immensē augebuntur. Neque pax hōc modo fovebitur – nequaquam. Nimirum Civitates Unitae adhuc nullo modo annuntiaverunt se velle indici sanctionum imponere invectionem olei Russici – sciamus oportet Russiam esse Civitatum Unitatum praebiticem olei tertiam a maximā. Ergo ne nos Europaei stultē agamus – neve res faciamus, quibus vita multorum hominum agravetur, sed pax ne uno quidem gradu nobis propior afferatur.

Oportet omnia fiant disceptando et problemate communiter solvendo. Hoc antea fieri potuisset multo efficacius. Fortasse etiam impediri potuisset, ne in tantam difficultatem adduceremur. Quod ego credo. At nunc omnia nobis sunt facienda, ne res etiam magis aggravetur. Profecto autem hoc observent oportet omnes qui nunc agunt in rebus politicis ad utramque partem spectantibus. Et oportet arma sileant – quam maturrimē. Et hoc ut fiat studeant omnes quam optimē – sed aptis remediis consentaneis neque eo, quod res aggravatur et fiunt quam pessima. Hic est *dies ater* Ucrainiae et Russiae et toti orbi terrarum. Nihil autem nobis restat sperandum nisi nunc initum iri alteram viam neque iter perrectum iri in semitā fatali, quae ducat in praeceps.

Haec hactenus – suspenso animo exspecto, quid vos sensuri sitis. Scio nonnullos vestrum nunc sic ferē sentire: *,Iam pridem scivi Putinum tam esse malignum’*. At ego credo non oportet nos tam leviter de hac re iudicare et historiam reverā considerare, ut sciamus concludere, quid nunc ut agatur consentaneum sit. Usque ad proximam emissionem – mox inter nos revidebimus.

**VERBA SAHRAE WAGENKNECHT THEODISCA  
DE BELLO UCRAINICO FACTA  
IN LATINUM CONVERTIT  
LEO LATINUS**

## **CHRONOGRAMMATA HERBERTIANA**

**Eine weitere Etappe von Fest zu Fest auf dem  
Chronogrammatischen Jahresweg 2022 – herzlichst, Pe.  
Herbert Douteil, CSSp.**

Zum 14. Februar, dem **Fest der Slawenapostel Kyrill und Methodius:**

2022\* CYrILLVs et MethoDIVs fratres pro propagatIone eCCLeSiae zeLatI sVnt. – Die beiden Brüder Kyrill und Methodius haben eifrig für die Ausbreitung der Kirche gearbeitet. –Kyrill (826-869) und sein Bruder Methodius (815-885) wurden in Thessaloniki geboren und in Konstantinopel am Kaiserlichen Hof ausgebildet und widmeten sich der Mission unter den Slawen in deren eigener Sprache, wofür Kyrill die nach ihm genannte Schrift entwickelte; für diese Mission suchten und fanden sie Rückhalt in Rom, wo Kyrill starb, aber die Päpste ihr Werk bestätigten; Methodius wurde zum Bischof geweiht und zum päpstlichen Legaten ernannt.

**Zum 21. Februar, dem 102. Geburtstag von Leo Kardinal Scheffszky:**

2022\* Leo SCheffCzYCK honorIs DensI et praeCLari operIs theoLogICI CaVsa CarDIinalIs ante CII annos natVs est. – Vor 102 Jahren wurde Leo Scheffszky, der zu Ehren seines reichen und berühmten theologischen Werkes Kardinal wurde, geboren.




Leo Scheffczyk \* 21.02 1920 in Beuthen – beginnt 1938 in Breslau das Theologiestudium – kriegsbedingter Einsatz im Elsass und dann bis zum Kriegsende in Norwegen, nach der Entlassung aus der Kriegsgefangenschaft Studium in Freising, am 29. Juni 1947 von Kardinal Michael Faulhaber zum Priester geweiht – im Oktober 1948 zum Weiterstudium in Königstein Doktorat am 8. 12. 1950 in München, 1957 mit einer Arbeit über die Marienlehre des Frühmittelalters in München habilitiert – 1959 Berufung nach Tübingen -1965 nach München als Nachfolger von

Michael Schmaus bis zu seiner Emeritierung im Februar 1985 - 1980 Mitglied der Bayrischen Akademie der Wissenschaften und 1994 Ehrendoktor der Universität von Navarra - Mitglied der Glaubenskommission der Deutschen Bischöfe (1970-1985), der bayrischen Schulbuchkommission (1978-1996), der Päpstlichen Marianischen Akademie (ab 1973), der Päpstlichen Theologischen Akademie (ab 1976) - Am 21. Februar 2001, seinem 81. Geburtstag, wird Leo Scheffczyk von Papst Johannes Paul II. zum Kardinal erhoben. Sein Wappenspruch lautet "Den unergründlichen Reichtum Christi verkündigen" (Eph 3,8). – Er wurde am 8. Dezember 2005, dem 40. Jahrestag des Endes des Zweiten Vatikanischen Konzils, in die Ewigkeit heimgerufen.


Zum 22. Februar, dem **Fest der Cathedra Petri**:

2022\* Petre pIe In CatheDra ChrIstI seDens, Catenas resoLVe potestate tVa traDIta,  
aperI totIs nobIs aeternItatIs regnI CaelestIa. – Gütiger Petrus, der du auf dem Thron  
Christi sitzt, löse die Ketten mit der dir gegebenen Vollmacht, öffne uns allen die  
ewigen himmlischen Reiche.



Zum 23. Februar, dem **Fest des heiligen Polykarp**:

2022\* PoLyCarpVs DISCIpVLVs IoannIs apostoLI VIXIt pIe epIsCopVs atqVe obIIt patIenter Martyr eXVstVs. – Polykarp, der Schüler des Apostels Johannes, lebte fromm als Bischof und starb geduldig als Märtyrer auf dem Scheiterhaufen. - Polykarp von Smyrna, 70? – 155/156



**Eine weitere Etappe von Fest zu Fest auf dem  
Chronogrammatischen Jahresweg 2022 – herzlichst, Pe.  
Herbert Douteil, CSSp.**

## **2022\* PvTIn, tV es hoMo non Mars VIVens. –**

**Putin, Du bist ein Mensch und kein lebendiger <Gott> Mars!**

Zum 24. Februar, dem **Beginn des Krieges gegen die Ukraine:**

2022\* PVtIn VIVens et agens Vt sVCCessor zarIs IVanIs terrIbILIs InsanI et fILIVs MartIs faCes beLLI InIVstI LIBeraVIt - reqVIesCant CIto In paCe! – Putin, der lebt und agiert wie ein Nachfolger des verrückten Zars Ivan des Schrecklichen und Sohn des Mars hat die Fackeln eines ungerechten Krieges entzündet – mögen sie bald in Frieden ruhen! < hier bewusst doppeltes Subjekt>

### **Zum 24. Februar, dem Beginn des Krieges gegen die Ukraine:**

2022\* PVtIn VIVens et agens Vt sVCCessor zarIs IVanIs terrIbILIs InsanI et fILIVs MartIs faCes beLLI InIVstI LIBeraVIt - reqVIesCant CIto In paCe! – Putin, der lebt und agiert wie ein Nachfolger des verrückten Zaren Ivans des Schrecklichen und Sohn des Mars, hat die Fackeln eines ungerechten Krieges entzündet – mögen sie bald in Frieden ruhen! < hier bewusst Plural als Subjekt>



2022\* PVtIn, tV es hoMo non Mars VIVens. – Putin, Du bist ein Mensch und kein lebendiger <Kriegsgott> Mars!

2022\* PVtIn, sIs hoMo VerVs non Vero Mars. – Putin, sei ein wirklicher Mensch, aber kein <Kriegsgott> Mars!

2022\* PVtIn, hoMo es, hVMVs Vero erIs. – Putin, jetzt bist du ein Mensch, aber du wirst einmal Erde sein!



# CHRONOGRAMMATA ROESSLERIANA

Hans Albert

\* 8. Februar 1921 in Köln



CI ANNIS ANTE  
VI IDVS FEBRVARIAS NATVS  
IOANNES ALBERTVS MAGNVS PHILOSOPHVS  
AC SOCIOLOGVS PRAESIGNIS  
  
VIVAT BONVS VIR  
  
MMXXII

## 24. Februar 2022

Putin beginnt  
mit einem völkerrechtswidrigen Angriffskrieg  
gegen die Ukraine

**P V T I N   D I C T A T O R   I L L E**  
**C E R T A N D I   C V P I D V S**  
**B E L L I G E R I T**

Putin, dieser konfrontationslüsterne Diktator, führt nun einen Krieg.

\*                     \*                     \*

**P V T I N   D E S T R V C T O R   P A C I S**  
**B E L L I G E R I T   A T Q V E   P E R N I C I E M   F A C I T**

Putin ist ein Friedenszerstörer. Er führt Krieg und bringt Verderben.

\*                     \*                     \*

**P V T I N   E V E R S O R   P A C I S   F O E D V S**  
**A T Q V E   A G G R E S S O R   S A E V V S**  
**B E L L V M   I N T V L I T**  
**C I V E S   P A V P E R E S   V C R A I N A E   P A T I V N T V R**

Der schändliche Friedensvernichter Putin  
hat als grimmiger Angreifer einen Krieg begonnen,  
und nun muss die arme ukrainische Bevölkerung darunter leiden.

# DE DIALOGO MELIORUM

<https://de.wikipedia.org/wiki/Melierdialog>



**Dialogus Meliorum** est episodium illustrissimum operis quod scripsit Thucydides Graecus historicus *De Bello Peloponnesico* (Liber 5, capitula 84–116). Quo dialogo intercessores rei publicae Atheniensium bellum minantes et postulantes, ut incolae insulae Meli se subiciant regimini foederis attici, colloquuntur cum actoribus Meliorum, qui student impedire, ne compatriotae sui fiant Atheniensibus obnoxii.

Thucydides has res gestas ratione tractat, quae est in opere suo singularis, quamquam hic conflictus, quem Athenienses effecerunt tempore pacis cum Lacedaemoniis factae, neque est maioris momenti militaris neque situs insulae Meli est ad usum bellicum eximiē aptus. Nam illa verba, quae auctor facit de rebus factis, in comparatione eorum, quibus patefiant causae agendi utriusque partis, pauca tantum et marginalia sunt. Ex argumentis autem et elocutione huius dialogi apparent Thucydidem hōc episodio componendo quadamtenus signare voluisse cardinem historiae

potestatis Atheniensium. Nam brevissimē post Meliorum extictionem secuta est expeditio in Siciliam facta, quae Atheniensibus evasit infelicissimē eorumque interitum incohavit.

Thucydides, cui persuasum erat homines agere certis de causis naturā datis, seque posteritati opus suum relinquere ut „*possessionem in sempiternum*“ [THUC.1,22], in dialogo Meliorum, ut ait Wolfgang Will, non ea affert, quae Athenienses et Melii reverā dixerunt, sed ea, quae iidem „*cogitaverunt, sed alioquin publicē loquentes occultabant flosculis formulisque dicendi* [Will 2015, p.219].“ Ex hōc dialogo sine ullo fuco patet, quid senserint de „*iure potentioris*“ ex unā parte Athenienses praepotentes et ex alterā Melii inferiores.

### **Condicio initialis**

Athenienses (inter quos erant etiam socii Chii et Lesbii) classe 38 trierum Melum attigerant, ut insulanos subicerent, qui adhuc unici incolae cycladum fuerant neutrius partis et recusaverant, ne participes fierent foederis Attici, quia Melos erat colonia Lacedaemoniorum. Imperatores Atheniensium in urbem miserunt intercessores eo fine, ut Meliis persuaderent commodissimam iis fore subiectionem sui ipsius voluntariam.

### **Argumenta dialogi**

Aliter ac Athenienses voluerant commodumque sibi esse comprobaverant, eorum nuntius non allatus est ad contionem populi, sed ad magistratū et consilium nobilium Meliorum. Disceptatio a Thucydide conscripta complectitur usque ad Meliorum decretum 14 enuntiata Atheniensium et 13 Meliorum, et Atheniensium dicta etiam longitudine paulo superant dicta Meliorum [THUC. 5,85-111]. Eadem praeter quaestiones potestatis iurisque quoad rationem, quae intercedit rebus publicis, tractatur, quanta insit spes neutralitati benevolae et resistantiae promptae.

### **Ius et verba pulchra**

Copīis Atheniensium aspectis Melii iam in initio dubitant, an causis suis iustis afferendis assequi possint propositum suum, et in fine vident sibi nihil restare nisi bellum aut servitutem [5,86].

Athenienses apud Thucydidem explicitē omittunt *pulchra verba* [καλὰ ὄνοματα] et *orationes infinitas atque incredibiles*, quibus rationem reddant

postulationis suae, velut respectu rerum, de quibus bene meriti sunt in bellis Persarum. E contra iidem verbis ultiro efferunt Melios tam bene scire quam se ipsos ius in rebus humanis non valere nisi vires sint aequae, sed alioquin superiores tantum assequantur, quantum possint et inferiores non posse quin hoc concedant [5,89].

### **Oportere, ut vitâ superent commodo utriusque partis**

Melii Atheniensibus obiciunt eos nimis leviter ius negligere, quia fieri possit, ut iidem ipsi aliquando potestate amissâ obnoxii fiant iustitiae aliorum. At Athenienses parum timent potestatis propriae amissionem futuram; Melii ne current rem alienam. Hîc et nunc se ipsos id curare, ut Melum servent, quae serviat commodo partis utriusque. Nam si Melii se subiciant voluntariê, Athenienses parcere possint militibus suis; sed Melios vitâ superare subditosque terram suam retinere [5,90-93].

### **Neutralitas litigiosa**

Deinde Melii interrogant, nonne Atheniensibus sufficiat Melum ratione amicâ servatâ se associare neutri parti bellum gerentium. Athenienses autem hoc negantes dicunt tali amicitiâ coram aliis se ipsos videri infirmos, sed odio subditorum potentiores [5,97]. Meliis affirmantibus Athenienses si hôc modo in Melios agant, omnes sibi hostes facturos esse, qui usque nunc in conflictu fuerint neutrales [5,98], Athenienses respondent se in hac re vix timere urbes terrae continentis neutrius partis – aliter ac in imperio maritimo timendas esse et insulas iam subiectas et nondum subiectas, qualis sit Melos [5,99].

### **Resistentes versari inter spei conceptum atque amissionem**

Melii, cum audiverint hanc sententiam, quam Athenienses in dialogo a Thucydide composito afferunt, concludunt in eo statu rerum, ubi in unâ parte Athenienses, in alterâ ab iisdem subiectos alios contra alios pugnantes paratos esse ad periculum subeundum maximum, *profecto nobis, qui adhuc liberi sumus, magno vitio et ignaviae detur, nisi prius omnia experiamur, quam serviamus* [5,100].

Athenienses autem opponunt: Melii, quâ sint condicione, ne spem concipient fallacem: *Neque plerisque similes esse velitis, qui, cum humanis subsidiis conservandae salutis facultas adhuc ipsis detur,*

*postquam certa spes ipsos ab hoste pressos destituit, ad incertam confugiunt, ad divinationem videlicet, ad oracula, et huiusmodi, quae spe perdunt [5,103]. Melii concedunt sibi pugnam suscipiendam esse sub condicionibus valdē incommodis; tamen haud imprudens esse propter rei iustitiam et auxilium foederis Lacedaemonii certē exspectandum. At Athenienses contendunt se agere secundum lēges naturae humanae et irrident Meliorum stultitiam putativam: Quod vero pertinet ad opinionem, quam de Lacedaemoniis habetis, quā freti confiditis, eos pudore adductos opem vobis laturos, vestram quidem simplicitatem laudamus, sed vestram stultitiam non probamus [5,105]. Post ternos sermones et responsiones, quae spectant ad spem auxilii, quae restet Meliis, si se defendant contra Athenienses se subiecturos, disceptatio finitur ab Atheniensibus adhortantibus, ut illi decreturi respiciant hoc quod sequitur: Nam qui paribus quidem non cedunt, erga superiores verbo rectē se gerunt, et inferioribus se moderatos praebent, ii diutissimē stare possunt. Considerate igitur, nobis etiam semotis, et saepius vobiscum cogitate, vos de patriâ consultare, quae in hac unā et ex hac unā consultatione vel felix vel infelix est futura [5,111].*

## **Interitus Meliorum**

Post consultationem oligarchae Melii breviter declarant se nolle relinquere suam libertatem ex septingentis annis exstantem, sed se deis et Lacedaemoniis adiuvantibus mandatos subiectioni velle resistere.

Deinde Athenienses cooperunt urbem obsidere. Qui traiecerant ex copiis propriis 1.200 hoplitas, 300 sagittarios, 20 equites, et sociorum 1.500 hoplitas. Imperatores Cleomedes et Tisias primo locum curaverunt muris circumdandum et vigilibus dispositis cum parte copiarum maiore profecti sunt.

Duabus excursionibus nocturnis Meliis contingit, ut nonnullos vigiles interficiant et frumentum in urbem afferant. At spes obsessorum auxilii a Lacedaemoniis ferendi decipitur, et hieme oppidulum patitur famem gravissimam, quae saeculis posterioribus vēnit in consuetudinem proverbii (*fames Melia*). Alterā excursione factā Athenienses obsidionem aggravantes novum exercitum Melum miserunt Philocrate ducente. Denique cum etiam proditi essent, Melii Atheniensibus se dediderunt in fidem et potestatem.

Alcibiade rogante concilium populi Atheniensis decrevit de sorte Meliorum captivorum. Thucydides eorundem virorum fato paucas tantum dedicat sententias:

*Illi vero, Meliorum quoscumque puberes ceperunt, omnes interfecerunt, pueros et feminas in servitutem abstraxerunt, et urbem ipsi incoluerunt, postea quingentis colonis eo missis [5,116].*

Plus decem annis post Atheniensibus in bello Peloponnesiaco devictis a.404 a.Chr.n. Lacedaemonii id curaverunt, ut Melii superstites reducerentur in insulam suam.

### **Receptio huius episodii litteraria**

Nonnulla eorum quae de Thucydide eiusque opere dicta sunt, spectat ad dialogum Meliorum aut eundem complectuntur. *Iacobus Burckhardt* eundem dixit *philosophiam potestatis, quā est homo robustior, completissimam*. *Friderico Nietzsche* Thucydides visus est *cogitator cultūs civilis humanique peritiae mundi liberrimae*, dialogus Meliorum eidem philosopho visus est *colloquium horibile*.

*Wolfgang Will* dialogum Meliorum appellat textum tempori non obnoxium, *qui referendus sit in numerum praestantium litteraturae mundanae nec post duo milia quingenta annorum vacuus est ab ullis vestigiis senectutis*. At eundem haud simplici ratione posse explicari: *Athenienses et Melii loquuntur nullā adnotatione Thucydidis additā, neque auctor dicit, quae argumenta ipse comprobet et quae reprobet, utrum putet facta belli causa necessaria fuisse an vituperet, utrum partem inferiorum defendat an putet se esse urbi patriae sua obligatum*. Thucydidem sententiam suam occultare eo quod more contradictorio eandem variis personis attribuat. *Thucydides videtur conclusiones commendare, sed lectorem non liberat a labore exanclando*.

Etiam poetae coaequales hōc textu legendo commoti sunt et attracti, velut *Giannis Ritsos*, qui a.1969 edidit tomum carminum, qui inscribitur *Milos geschleift* (i.e. Melos solo adaequata), aut *Bob Dylan*, qui patefacit dialogum Meliorum aliquatenus valuisse ad opus suum, c.t. *Chronicles, Volume One*. Ceterum *Simon Wehrle* eundem dialogo thucydideo nixus est ad drama *Die Invasion* (a.2001) scribendum.

## Obsidio insulae Meli

Pars Belli Peloponnesici

**Annus** [416 a. Chr.](#)n.

**Locus** Insula Melos in Mari Aegeo  
sita

**Finis** Populi ad servitutem redactio

**Effectūs** Expeditio in Siciliam facta

### Partes pugnantium

Athenae, Chios, Lesbos	Melos
------------------------	-------

### Imperatores

Cleomedes, Tisias; Philocrates

### Numeri navium militumque

38 naves;	parvi
2.700 hoplitae, 300 sagittarii, 20 equites	

### Interfecti

pauci viri	supplicium capitale de omnibus viris adultis sumptum
------------	---

**SYMBOLAM WIKIPEDIANAM  
DE DIALOGO MELIORUM SCRIPTAM  
LATINE REDDIDIT  
LEO LATINUS**

# DIALOGUS MELIORUM THUCYDIDEUS

## EDITIO GRAECO-LATINA

THUCYDIDES <a href="https://jurclass.de/jurclass/griechisch/texte/thuk_5_84-116.html">https://jurclass.de/jurclass/griechisch/texte/thuk_5_84-116.html</a>	VERSIO LATINA
<b>84</b> Τοῦ δ' ἐπιγιγνομένου θέρους Ἀλκιβιάδης τε πλεύσας ἐξ Ἀργος ναυσὶν εἴκοσιν Ἀργείων τοὺς δοκοῦντας ἔτι ὑπόπτους εἶναι καὶ τὰ Λακεδαιμονίων φρονεῖν ἔλαβε τριακοσίους ἄνδρας, καὶ κατέθεντο αὐτοὺς Ἀθηναῖοι ἐξ τὰς ἐγγὺς νήσους ὡν ἥρχον· καὶ ἐπὶ Μῆλον τὴν νῆσον Ἀθηναῖοι ἐστράτευσαν ναυσὶν ἑαυτῶν μὲν τριάκοντα, Χίαις δὲ ἔξ, Λεσβίαιν δὲ δυοῖν, καὶ ὀπλίταις ἑαυτῶν μὲν διακοσίοις καὶ χιλίοις καὶ τοξόταις τριακοσίοις καὶ ὑποτοξόταις εἴκοσι, τῶν δὲ ξυμμάχων καὶ νησιωτῶν ὀπλίταις μάλιστα πεντακοσίοις καὶ χιλίοις. οἱ δὲ Μήλιοι Λακεδαιμονίων μέν εἰσιν ἄποικοι, τῶν δ' Ἀθηναίων οὐκ ἥθελον ὑπακούειν ὡσπερ οἱ ἄλλοι νησιῶται, ἀλλὰ τὸ μὲν πρῶτον οὐδετέρων ὄντες ἡσύχαζον, ἔπειτα ὡς αὐτοὺς ἤναγκαζον οἱ Ἀθηναῖοι δηοῦντες τὴν γῆν, ἐς πόλεμον φανερὸν κατέστησαν. στρατοπεδευσάμενοι οὖν ἐς τὴν γῆν αὐτῶν τῇ παρασκευῇ ταύτῃ οἱ στρατηγοὶ Κλεομήδης τε ὁ Λυκομήδους καὶ Τεισίας ὁ Τεισιμάχου, πρὶν ἀδικεῖν τι τῆς γῆς, λόγους πρῶτον ποιησομένους ἔπειμψαν πρέσβεις. Οὓς οἱ Μήλιοι πρὸς μὲν τὸ πλῆθος οὐκ ἤγαγον, ἐν δὲ ταῖς ἀρχαῖς καὶ τοῖς ὄλιγοις λέγειν ἐκέλευον περὶ ὧν ἥκουσιν. οἱ δὲ τῶν Ἀθηναίων πρέσβεις ἔλεγον τοιάδε.	<b>84</b> Insequentis aestatis initio Alcibiades cum viginti navibus Argos traiciens, trecentos Argivos, qui suspecti erant, et cum Lacedaemoniis sentire videbantur, comprehendit. Athenienses autem ipsos deposuerunt in proximis insulis, quibus imperabant. Iidem adversus Melum insulam navigaverunt cum triginta suis navibus, et sex Chiis et duabus Lesbiis; et cum mille et ducentis gravis armaturae militibus, et trecentis sagittariis, et viginti hippotoxotis, qui omnes erant nominis Attici; et cum sociorum ac illorum, qui insulas incolebant, fermē mille atque quingentorum armatorum manu. Melii autem sunt illi quidem Lacedaemoniorum coloni: sed Atheniensibus parēre nolebant, ut ceteri insularum incolae. - Verum initio quidem, quod in partibus non essent, quiescebant: postea vero, cum Athenienses ipsos coegissent, quod agrum ipsorum vastarent, bellum apertē gerere coeperunt. Cum igitur Atheniensium duces, Cleomedes Lycomedis et Tisia Tismachi filius, cum hōc apparatu castra in ipsorum agro posuissent, legatos ad colloquia cum Meliis habenda miserunt. Quos Melii ad populum quidem non produxerunt: sed apud magistratūs, et apud paucos ea dicere iusserunt, quorum causā venissent. Atheniensium vero legati haec verba fecerunt.
<b>85</b> {ΑΘ.} «ἐπειδὴ οὐ πρὸς τὸ πλῆθος οἱ λόγοι γίγνονται, ὅπως δὴ μὴ ξυνεχεῖ ῥήσει οἱ πολλοὶ ἐπαγωγὰ καὶ ἀνέλεγκτα ἐσάπαξ ἀκούσαντες ἡμῶν ἀπατηθῶσιν (γιγνώσκομεν γὰρ ὅτι τοῦτο φρονεῖ ἡμῶν ἡ ἐς τοὺς ὄλιγους ἀγωγή), ὑμεῖς οἱ καθήμενοι ἔτι ἀσφαλέστερον ποιήσατε. καθ' ἔκαστον γὰρ καὶ μηδ' ὑμεῖς ἐνὶ λόγῳ, ἀλλὰ πρὸς τὸ μὴ δοκοῦν ἐπιτηδείως λέγεσθαι εὔθὺς ὑπολαμβάνοντες κρίνετε. καὶ πρῶτον εἰ ἀρέσκει ὡς λέγομεν εἴπατε.»	<b>85</b> <b>ATH.</b> »Quoniam non apud populum verba a nobis fiunt, ne multitudo, si nos perpetuā oratione utamur, et verba ad alliciendos animos apta, et quae a nemine refelli queant, faciamus, nobis semel auditis decipiatur, intelligimus enim, nos ad paucos eo consilio nunc a vobis adductos fuisse, vos igitur, qui estis in isto consessu, hoc vestrum consilium tutius reddite, magisque constabilite: et ne vos quidem perpetuā oratione utamini; sed ad singula, quae non opportunē a nobis dici videbuntur, continuo iudicantes respondete. Ac primum quidem declarate, an vobis placeat facere ut dicimus.«

86

οι δὲ τῶν Μηλίων ξύνεδροι ἀπεκρίναντο.

{ΜΗΛ.} «ἡ μὲν ἐπιείκεια τοῦ διδάσκειν καθ' ἡσυχίαν ἀλλήλους οὐ ψέγεται, τὰ δὲ τοῦ πολέμου παρόντα ἥδη καὶ οὐ μέλλοντα διαφέροντα αὐτοῦ φαίνεται. ὄρῶμεν γάρ αὐτούς τε κριτὰς ἥκοντας ὑμᾶς τῶν λεχθησομένων καὶ τὴν τελευτὴν ἐξ αὐτοῦ κατὰ τὸ εἰκὸς περιγενομένοις μὲν τῷ δικαίῳ καὶ δι' αὐτὸν μὴ ἐνδοῦσι πόλεμον ἡμῖν φέρουσαν, πεισθεῖσι δὲ δουλείαν.»

87

{ΑΘ.} Εἰ μὲν τοίνυν ὑπονοίας τῶν μελλόντων λογιούμενοι ἡ ἄλλο τι ξυνήκετε ἡ ἐκ τῶν παρόντων καὶ ὡν ὄρᾶτε περὶ σωτηρίας βουλεύσοντες τῇ πόλει, πανοίμεθ' ἄν· εἰ δ' ἐπὶ τοῦτο, λέγοιμεν ἄν.

88

{ΜΗΛ.} Εἰκός μὲν καὶ ξυγγνώμη ἐν τῷ τοιῷδε καθεστῶτας ἐπὶ πολλὰ καὶ λέγοντας καὶ δοκοῦντας τρέπεσθαι· ἡ μέντοι ξύνοδος καὶ περὶ σωτηρίας ἥδε πάρεστι, καὶ ὁ λόγος ὃ προκαλεῖσθε τρόπω, εἰ δοκεῖ, γιγνέσθω.

89

{ΑΘ.} Ἡμεῖς τοίνυν οὕτε αὐτοὶ μετ' ὄνομάτων καλῶν, ὡς ἡ δικαίως τὸν Μῆδον καταλύσαντες ἄρχομεν ἡ ἀδικούμενοι νῦν ἐπεξερχόμεθα, λόγων μῆκος ἀπιστον παρέξομεν, οὕθ' ὑμᾶς ἀξιοῦμεν ἡ ὅτι Λακεδαιμονίων ἄποικοι ὄντες οὐ ξυνεστρατεύσατε ἡ ὡς ἡμᾶς οὐδὲν ἥδικήκατε λέγοντας οἰεσθαι πείσειν, τὰ δυνατὰ δ' ἐξ ὡν ἔκάτεροι ἀληθῶς φρονοῦμεν διαπράσσεσθαι, ἐπισταμένους πρὸς εἰδότας ὅτι δίκαια μὲν ἐν τῷ ἀνθρωπείῳ λόγῳ ἀπὸ τῆς ἵσης ἀνάγκης κρίνεται, δυνατὰ δὲ οἱ προύχοντες πράσσουσι καὶ οἱ ἀσθενεῖς ξυγχωροῦσιν.

90

{ΜΗΛ.} Ἡι μὲν δὴ νομίζομέν γε, χρήσιμον (ἀνάγκη γάρ, ἐπειδὴ ὑμεῖς οὕτω παρὰ τὸ δίκαιον τὸ ξυμφέρον λέγειν ὑπέθεσθε) μὴ καταλύειν ὑμᾶς τὸ κοινὸν ἀγαθόν, ἀλλὰ τῷ αἰεὶ ἐν κινδύνῳ γιγνομένῳ εἶναι τὰ εἰκότα καὶ δίκαια, καὶ τι καὶ ἐντὸς τοῦ ἀκριβοῦς πείσαντά τινα ὠφεληθῆναι. καὶ πρὸς ὑμῶν οὐχ ἡσσον τοῦτο, ὅσῳ καὶ ἐπὶ

86

Meliorum vero consessus respondit.

**MEL.** »Aequitas quidem, quā homines se mutuo verbis pacificis docent, non vituperatur; sed bellum, quod iam praesens est, non autem futurum, ab hac re videtur differre. Videmus enim vos eorum, quae dicentur, iudices venisse, et, ut verisimile est, huius colloquii exitum, si iure quidem vobis superiores fuerimus, et propterea vobis non cesserimus, bellum nobis allaturum: si vero verbis vestris adducti fuerimus, servitutem.«

87

**ATH.** »Si igitur rerum futurarum suspiciones, aut aliquid aliud enumeraturi convenistis potius, quam propter ea, quae sunt praesentia, et quae cernitis, de vestrae civitatis salute consultaturi, finem dicendi faciemus: sin ad hoc venistis, loquemur.«

88

**MEL.** »Rationi quidem consentaneum veniāque dignum est, homines, qui in huiusmodi rerum statu sunt constituti, in varias partes se vertere, et multa dicere atque suspici. Hic tamen conventus institutus est de salute nostrae civitatis. Quā re colloquium eo modo, quo nos ipsi provocasti, si placet, fiat.«

89

**ATH.** »Neque igitur nos ipsi speciosis nominibus utentes longam ac incredibilem orationem afferemus, probemus, vel imperium iure partum a nobis obtineri, quod Medium debellarimus, vel nos a vobis iniustē lacessitos nostras iniurias nunc persecui. Neque censemus vobis existimandum, fore, ut dicendo nobis persuadeatis, vel vos nobiscum non militasse, quod essetis Lacedaemoniorum coloni, vel vos nullam iniuriam nobis fecisse. Sed potius petimus a vobis, ut ex eā opinione, quam utrimque animo verē concepimus, inter nos ea transigantur, quae fieri possunt: quia et vos et nos aequē scimus, de iure quidem inter homines oratione tunc disceptari, cum par est necessitas; illos vero, qui sunt potentiores, per vim facere, quidquid possunt, et infirmiores concedere.«

90

**MEL.** »Atqui utile censemus, necesse enim est, nos quoque utilitatis mentionem facere, quandoquidem vos ita praeteritā aequitate, sermonem de utilitate instituistis, bonum, quod omnibus est commune, a nobis non everti: sed oportet ei, qui semper in periculo versatur, res rationi consentaneas et aequas esse: quin etiam oportet quemlibet, si quid alteri persuaserit, omisso summo iure, ex hac ratione quam secutus, cum altero ex aequo et

μεγίστη τιμωρίᾳ σφαλέντες ἀν τοῖς ἄλλοις παράδειγμα γένοισθε.

91

{ΑΘ.} Ἡμεῖς δὲ τῆς ἡμετέρας ἀρχῆς, ἣν καὶ παυθῆ, οὐκ ἀθυμοῦμεν τὴν τελευτήν· οὐ γὰρ οἱ ἀρχοντες ἄλλων, ὥσπερ καὶ Λακεδαιμόνιοι, οὗτοι δεινοὶ τοῖς νικηθεῖσιν (ἔστι δὲ οὐ πρὸς Λακεδαιμονίους ἡμῖν ὁ ἀγών), ἀλλ’ ἣν οἱ ύπτικοοί που τῶν ἀρξάντων αὐτοὶ ἐπιθέμενοι κρατήσωσιν. καὶ περὶ μὲν τούτου ἡμῖν ἀφείσθω κινδυνεύεσθαι· ὡς δὲ ἐπ’ ὧφελίᾳ τε πάρεσμεν τῆς ἡμετέρας ἀρχῆς καὶ ἐπὶ σωτηρίᾳ νῦν τοὺς λόγους ἔροῦμεν τῆς ὑμετέρας πόλεως, ταῦτα δηλώσομεν, βουλόμενοι ἀπόνως μὲν ύμῶν ἄρξαι, χρησίμως δ’ ύμᾶς ἀμφοτέροις σωθῆναι.

92

{ΜΗΛ.} Καὶ πῶς χρήσιμον ἀν ξυμβαίη ἡμῖν δουλεῦσαι, ὥσπερ καὶ ύμῖν ἄρξαι;

93

{ΑΘ.} Ὄτι ύμῖν μὲν πρὸ τοῦ τὰ δεινότατα παθεῖν ύπακοῦσαι ἀν γένοιτο, Ἡμεῖς δὲ μὴ διαφθείραντες ύμᾶς κερδαίνοιμεν ἀν.

94

{ΜΗΛ.} ΖΩΣΤΕ [δὲ] ἡσυχίαν ἄγοντας ἡμᾶς φύλους μὲν εἶναι ἀντὶ πολεμίων, ξυμμάχους δὲ μηδετέρων, οὐκ ἀν δέξαισθε;

95

{ΑΘ.} Οὐ γὰρ τοσοῦτον ἡμᾶς βλάπτει ἡ ἔχθρα ύμῶν ὅσον ἡ φιλία μὲν ἀσθενείας, τὸ δὲ μῆσος δυνάμεως παράδειγμα τοῖς ἀρχομένοις δηλούμενον.

96

{ΜΗΛ.} Σκοποῦσι δ’ ύμῶν οὕτως οἱ ύπτικοοι τὸ εἰκός, ὥστε τούς τε μὴ προσήκοντας καὶ ὅσοι ἄποικοι ὄντες οἱ πολλοὶ καὶ ἀποστάντες τινὲς κεχείρωνται ἐς τὸ αὐτὸ τιθέασιν;

97

{ΑΘ.} Δικαιώματι γὰρ οὐδετέρους ἐλλείπειν ἥγοῦνται, κατὰ δύναμιν δὲ τοὺς μὲν περιγίγνεσθαι, ἡμᾶς δὲ φόβῳ οὐκ ἐπιέναι· ὥστε ἔξω καὶ τοῦ πλεόνων ἄρξαι καὶ τὸ ἀσφαλὲς

bono egerit, fructum aliquem percipere.

91

**ATH.** »Nos vero nostri imperii, etiamsi deletum fuerit, finem non extimescimus. Neque enim, qui aliis imperant, ut Lacedaemonii, ii sunt formidabiles victis. Sed in praesentiâ cum Lacedaemoniis nullum nobis est certamen. At nunc illud scire volumus, an illi, qui aliquo in loco aliorum imperio ante paruerint, cum ipsi eos postea aggressi fuerint, victoriam ab iis sint reportaturi, ac imperium in eos habituri. Sed hac quidem de re periclitari nobis permittatur. Illud vero declarabimus, nos iam hīc adesse tum propagandi nostri imperii gratiâ, tum ut de vestrae civitatis salute verba faciamus. Nam vobis quidem sine molestiâ vestrâ imperare volumus; sed tamen vos e vestrâ nostrâque re salvos esse cupimus.«

92

**MEL.** »Sed qui fieri potest, ut ita nobis ex usu sit, servire, ut vobis, imperare?«

93

**ATH.** »Quia vobis quidem continget, ut, antequam mala extrema patiamini, imperata faciatis; nos vero, vobis non interfectis, quaestum faciemus.«

94

**MEL.** »Verum nonne nos eâ condicione recipietis, ut ab armis abstineamus, et pro hostibus amici simus; neutris vero socii?«

95

**ATH.** »Minimē. Neque enim vestra inimicitia tantum detrimentum nobis affert quantum amicitia. Nam amicitia quidem vestra imbecillitatis nostrae, odium vero potentiae nostrae manifestum argumentum erit illis, qui nostro imperio pârent.

96

**MEL.** »Itane vero, qui vestro imperio sunt subiecti, perpendunt aequitatem, ut eodem loco habeant eos, qui nihil ad vos attinent, quo eos, qui cum magnâ ex parte vestri coloni essent, et eorum nonnulli a vobis defecissent, subacti fuerunt?«

97

**ATH.** »Quidni? Neutris enim deesse rationes, quibus suam causam tueantur: sed illos quidem, propter potentiam, quam habent, superstites esse; nos vero prae metu illos non aggredi. Quare praeterquam quod imperium in plures obtinebimus, incolumitatem etiam

ἡμῖν διὰ τὸ καταστραφῆναι ἂν παράσχοιτε, ἄλλως τε καὶ νησιῶται ναυκρατόρων καὶ ἀσθενέστεροι ἐτέρων ὄντες εἰ μὴ περιγένοισθε.

98

{ΜΗΛ.} Ἐν δ' ἔκείνῳ οὐ νομίζετε ἀσφάλειαν; δεῖ γὰρ αὖ καὶ ἐνταῦθα, ὡσπερ ὑμεῖς τῶν δικαίων λόγων ἡμᾶς ἐκβιβάσαντες τῷ ὑμετέρῳ ξυμφόρῳ ὑπακούειν πείθετε, καὶ ἡμᾶς τὸ ἡμῖν χρήσιμον διδάσκοντας, εἰ τυγχάνει καὶ ὑμῖν τὸ αὐτὸ ξυμβαῖνον, πειρᾶσθαι πείθειν. ὅσοι γὰρ νῦν μηδετέροις ξυμμαχοῦσι, πῶς οὐ πολεμώσεσθε αὐτούς, ὅταν ἔς τάδε βλέψαντες ἡγήσωνται ποτε ὑμᾶς καὶ ἐπὶ σφᾶς ἥξειν; κἀν τούτῳ τί ἄλλο ἢ τοὺς μὲν ὑπάρχοντας πολεμίους μεγαλύνετε, τοὺς δὲ μηδὲ μελλήσαντας γενέσθαι ἄκοντας ἐπάγεσθε;

99

{ΑΘ.} Οὐ γὰρ νομίζομεν ἡμῖν τούτους δεινοτέρους ὅσοι ἡπειρῶται που ὄντες τῷ ἐλευθέρῳ πολλὴν τὴν διαμέλλησιν τῆς πρὸς ἡμᾶς φυλακῆς ποιήσονται, ἀλλὰ τοὺς νησιώτας τέ που ἀνάρκτους, ὡσπερ ὑμᾶς, καὶ τοὺς ἥδη τῆς ἀρχῆς τῷ ἀναγκαίῳ παροξυνομένους. οὗτοι γὰρ πλεῖστ' ἂν τῷ ἀλογίστῳ ἐπιτρέψαντες σφᾶς τε αὐτοὺς καὶ ἡμᾶς ἔς προῦπτον κίνδυνον καταστήσειαν.

100

{ΜΗΛ.} Ἡ που ἄρα, εἰ τοσαύτην γε ὑμεῖς τε μὴ παυθῆναι ἀρχῆς καὶ οἱ δουλεύοντες ἥδη ἀπαλλαγῆναι τὴν παρακινδύνευσιν ποιοῦνται, ἡμῖν γε τοῖς ἔτι ἐλευθέροις πολλὴ κακότης καὶ δειλίᾳ μὴ πᾶν πρὸ τοῦ δουλεῦσαι ἐπεξελθεῖν.

101

{ΑΘ.} Οὔκ, ἦν γε σωφρόνως βουλεύησθε· οὐ γὰρ περὶ ἀνδραγαθίας ὁ ἄγων ἀπὸ τοῦ ἵσου ὑμῖν, μὴ αἰσχύνην ὀφλεῖν, περὶ δὲ σωτηρίας μᾶλλον ἡ βουλή, πρὸς τοὺς κρείσσονας πολλῷ μὴ ἀνθίστασθαι.

102

ΜΗΛ.} Άλλ' ἐπιστάμεθα τὰ τῶν πολέμων ἔστιν

maiorem nobis praebebitis, si subacti fueritis, praesertim cum sītis insulani, et aliis, qui classe pollut, infirmiores, nisi servitutis iugum, quod vobis imponere statuerunt, a vestris cervicibus repellatis, atque superiores evadatis.

98

**MEL.** »In illâ vero ratione, quâ vobis suademus, ut ab illis subigendis abstineatis, in quos nullum ius habetis, nihil praesidii vobis ad res vestras firmius tutandas esse putatis? Oportet enim vicissim h̄c etiam, quemadmodum vos, qui ex iuris disceptatione nos extrusistis, suadetis, ut vestrae utilitati morem geramus, sic nos quoque, docendo vos id, quod nobis est utile, si vobis etiam idem utile esse contingat, operam dare, ut vobis persuadeamus, quod nobis utile commodumque iudicamus. Quomodo enim hostes vobis non reddetis illos, quotquot in hōc bello neutras partes sequuntur, cum haec, quae per vim contra nos facitis, intuentes atque considerantes, vos contra se quoque aliquando venturos existimabunt? Hac vero ratione, quid aliud facitis, quam pristinos quidem hostes augetis, illos vero, qui ne umquam quidem vobis hostes esse statuerant, invitatos ad inimicitias suscipiendas impellitis?«

99

**ATH.** »Hoc non timemus. Neque enim magis pertimescendos nobis existimamus illos, quicumque usquam continentem incolentes, propter libertatem, quâ fruuntur, a nobis accuratē sibi cavebunt, nulloque bello a nobis lacessiti, libertatis studio, pacis commodis indulgebunt: sed cum insularum incolas, qui usquam sunt, et qui nullius imperio pārent, quemadmodum vos, qui insulam incolitis, et nullius imperio pāretis, tum etiam illos, qui iam irritantur propter imperii necessitatem. Isti enim, inconsultis affectibus plurimum indulgentes, et se ipsos et nos in apertum periculum adducunt.«

100

**MEL.** »Si igitur et vos, ne imperio spoliemini, et illi, qui vestro imperio serviunt, ut liberentur, tantum discriminē adeunt: profecto nobis, qui adhuc liberi sumus, magno vitio et ignaviae detur, nisi prius omnia experiamur, quam serviamus.«

101

**ATH.** »Nequaquam haec facietis, si rectē consultaritis. Neque enim vobis ex aequo nobiscum est de strenuitate certamen, ne in dedecus incurritis, si nobis cesseritis: sed potius de salute consultatio, ne multo potentioribus resistatis.«

102

**MEL.** »Sed probē scimus res bellicas interdum exitūs

ὅτε κοινοτέρας τὰς τύχας λαμβάνοντα ἥ κατὰ τὸ διαφέρον ἐκατέρων πλῆθος· καὶ ἡμῖν τὸ μὲν εἶχα εὐθὺς ἀνέλπιστον, μετὰ δὲ τοῦ δρωμένου ἔτι καὶ στῆναι ἐλπίς ὥρθως.

## 103

{ΑΘ.} Ἐλπὶς δὲ κινδύνῳ παραμύθιον οὕσα τοὺς μὲν ἀπὸ περιουσίας χρωμένους αὐτῇ, καν βλάψῃ, οὐ καθεῖλεν· τοῖς δ' ἐς ἄπαν τὸ ὑπάρχον ἀναρριπτοῦσι (δάπανος γὰρ φύσει) ἅμα τε γιγνώσκεται σφαλέντων καὶ ἐν ὅτῳ ἔτι φυλάξεται τις αὐτὴν γνωρισθεῖσαν οὐκ ἐλλείπει. ὁ ὑμεῖς ἀσθενεῖς τε καὶ ἐπὶ ῥοπῆς μιᾶς ὄντες μὴ βούλεσθε παθεῖν μηδὲ ὄμοιωθῆναι τοῖς πολλοῖς, οἵς παρὸν ἀνθρωπείως ἔτι σώζεσθαι, ἐπειδὰν πιεζομένους αὐτοὺς ἐπιλίπωσιν αἱ φανεραὶ ἐλπίδες, ἐπὶ τὰς ἀφανεῖς καθίστανται μαντικήν τε καὶ χρησμοὺς καὶ ὅσα τοιαῦτα μετ' ἐλπίδων λυμαίνεται.

## 104

{ΜΗΛ.} Χαλεπὸν μὲν καὶ ἡμεῖς (εὖ ἵστε) νομίζομεν πρὸς δύναμίν τε τὴν ὑμετέραν καὶ τὴν τύχην, εἰ μὴ ἀπὸ τοῦ ἵσου ἔσται, ἀγωνίζεσθαι. ὅμως δὲ πιστεύομεν τῇ μὲν τύχῃ ἐκ τοῦ θείου μὴ ἐλασσώσεσθαι, ὅτι ὅσιοι πρὸς οὐ δικαίους ἰστάμεθα, τῆς δὲ δυνάμεως τῷ ἐλλείποντι τὴν ακεδαιμονίων ἡμῖν ξυμμαχίαν προσέσεσθαι, ἀνάγκην ἔχουσαν, καὶ εἰ μὴ του ἄλλου, τῆς γε ξυγγενείας ἔνεκα καὶ αἰσχύνη βοηθεῖν. Καὶ οὐ παντάπασιν οὕτως ἀλόγως θρασυνόμεθα.

## 105

{ΑΘ.} Τῆς μὲν τοίνυν πρὸς τὸ θεῖον εὐμενείας οὐδ' ἡμεῖς οὐόμεθα λελείψεσθαι· οὐδὲν γὰρ ἔξω τῆς ἀνθρωπείας τῶν μὲν ἐς τὸ θεῖον νομίσεως, τῶν δ' ἐς σφᾶς αὐτοὺς βουλήσεως δικαιοῦμεν ἢ πράσσομεν. ἡγούμεθα γὰρ τό τε θεῖον δόξη τὸ ἀνθρώπειόν τε σαφῶς διὰ παντὸς ὑπὸ φύσεως ἀναγκαίας, οὗ ἂν κρατῇ, ἄρχειν· καὶ ἡμεῖς οὕτε θέντες τὸν νόμον οὔτε κειμένῳ πρῶτοι χρησάμενοι, ὄντα δὲ παραλαβόντες καὶ ἐσόμενον ἐς αἱεὶ καταλείψοντες χρώμεθα αὐτῷ, εἰδότες καὶ ὑμᾶς ἂν καὶ ἄλλους ἐν τῇ αὐτῇ δυνάμει ἡμῖν γενομένους δρῶντας ἂν ταύτο. καὶ πρὸς μὲν τὸ θεῖον οὕτως ἐκ τοῦ εἰκότος οὐ φοβούμεθα ἐλασσώσεσθαι· τῆς δὲ ἐς Λακεδαιμονίους δόξης, ἣν διὰ τὸ αἰσχρὸν δὴ βοηθήσειν ὑμῖν πιστεύετε αὐτούς, ακαρίσαντες ὑμῶν τὸ ἀπειρόκακον οὐ

habere magis communes quam pro diversâ utrorumque multitudine. Et nobis, si statim quidem vobis cedamus, nullam salutis spem superesse; sed si rem strenuē geramus, spes est, fore, ut adhuc rectē stemus.«

## 103

**ATH.** »Spes vero, quae periculi est solacium, illos quidem, qui in magnâ opum abundantia, ipsâ utuntur ac nituntur, quamvis damno afficiat, non tamen funditus evertit. Ab illis vero, qui de summâ suarum fortunarum aleam iaciunt, nam spes naturâ est detrimentosa, simulac illi lapsi sunt, cognoscitur, qualis sit, et quam detrimentosa, nec ullum locum amplius relinquit, in quo quis sese continens ab ipsâ cognitâ sibi caveat. Quare vos, qui infirmi estis, et in unico rerum momento positi, hoc ne vobis accidat, diligenter cavete. Neque plerisque similes esse velitis, qui, cum humanis subsidiis conservandae salutis facultas adhuc ipsis detur, postquam certa spes ipsis ab hoste pressos destituit, ad incertam configunt, ad divinationem videlicet, ad oracula, et huiusmodi, quae spe perdunt.«

## 104

**MEL.** »Nos etiam, hoc probē sciatis, arduum quidem esse ducimus, et cum vestrâ potentia et cum fortunâ certare, si non ex aequo est futurum. Verumtamen, quod ad fortunam quidem attinet, nos non inferiores futuros, Deo favente, confidimus: quia insontes vobis haud iustê nos invadentibus obsistimus. Quod vero attinet ad nostrae potentiae tenuitatem, confidimus, Lacedaemoniorum societatem nobis affuturam; quae si nullâ aliâ re saltem cognitione et pudore adducta, nobis opem ferre cogetur. Quare non penitus temere sic audaces sumus.«

## 105

**ATH.** »Ne nos quidem benevolentiam Deorum nobis defuturam arbitramur. Nihil enim facimus praeter ritûs, quibus homines in cultu Deorum ûti solent, aut quidquam a vobis postulamus praeter ipsorum hominum voluntatem erga se ipsis: sed a vobis petimus, quod quilibet alii homines potentiores ab infirmioribus petere, sibique praestari volunt. Nam opinione iam receptâ existimamus, et Deos, et homines naturae necessitate haud dubiē semper illi imperare, quem in suâ potestate tenent. Hanc autem legem nos neque tulimus, neque eâ latâ primi usi sumus: sed iam receptam, a maioribus accepimus et usurpamus, perpetuam futuram posteris relicturi. Nam persuasum habemus, vos quoque, ceterosque, si eâdem, quâ nos, potentia praediti essetis, idem esse facturos. Quod igitur ad Deos quidem attinet, sic, ut est verisimile, non extimescimus, ne vobis inferiores futuri fiamus. Quod vero pertinet ad opinionem, quam de Lacedaemoniis habetis, quâ frēti confiditis, eos pudore adductos opem vobis laturos,

ζηλοῦμεν τὸ ἄφρον. Λακεδαιμόνιοι γὰρ πρὸς σφᾶς μὲν αὐτοὺς καὶ τὰ ἐπιχώρια νόμιμα πλεῖστα ἀρετῇ χρῶνται· πρὸς δὲ τοὺς ἄλλους πολλὰ ἂν τις ἔχων εἰπεῖν ὡς προσφέρονται, ζυνθέλων μάλιστ’ ἂν δηλώσειεν ὅτι ἐπιφανέστατα ὅντις μὲν ἥδεα καλὰ νομίζουσι, τὰ δὲ ξυμφέροντα δίκαια. καίτοι οὐ πρὸς τῆς ὑμετέρας νῦν ἀλόγου σωτηρίας ἡ τοιαύτη διάνοια.

## 106

{ΜΗΛ.} Ἡμεῖς δὲ κατ’ αὐτὸ τοῦτο ἥδη καὶ μάλιστα πιστεύομεν τῷ ξυμφέροντι αὐτῶν, Μηλίους ἀποίκους ὄντας μὴ βουλήσεσθαι προδόντας τοῖς μὲν εὔνοις τῶν Ἑλλήνων ἀπίστους καταστῆναι, τοῖς δὲ πολεμίοις ὀφελίμους.

## 107

{ΑΘ.} Οὕκουν οἴεσθε τὸ ξυμφέρον μὲν μετ’ ἀσφαλείας εἶναι, τὸ δὲ δίκαιον καὶ καλὸν μετὰ κινδύνου δρᾶσθαι· ὁ Λακεδαιμόνιοι ἡκιστα ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τολμῶσιν.

## 108

{ΜΗΛ.} Ἀλλὰ καὶ τοὺς κινδύνους τε ἡμῶν ἔνεκα μᾶλλον ἥγούμεθ’ ἂν ἔγχειρίσασθαι αὐτούς, καὶ βεβαιοτέρους ἡ ἐξ ἄλλους νομιεῖν, ὅσῳ πρὸς μὲν τὰ ἔργα τῆς Πελοποννήσου ἐγγὺς κείμεθα, τῆς δὲ γνώμης τῷ ξυγγενεῖ πιστότεροι ἔτέρων ἐσμέν.

## 109

{ΑΘ.} Τὸ δ’ ἔχυρόν γε τοῖς ξυναγωνιουμένοις οὐ τὸ εὗνουν τῶν ἐπικαλεσαμένων φαίνεται, ἀλλ’ ἡν τῶν ἔργων τις δυνάμει πολὺ προύχῃ· ὁ Λακεδαιμόνιοι καὶ πλέον τι τῶν ἄλλων σκοποῦσιν (τῆς γοῦν οἰκείας παρασκευῆς ἀπιστίᾳ καὶ μετὰ ξυμμάχων πολλῶν τοῖς πέλας ἐπέρχονται), ὥστε οὐκ εἰκὸς ἡς νῆσόν γε αὐτοὺς ἡμῶν ναυκρατόρων ὄντων περαιωθῆναι.

## 110

{ΜΗΛ.} Οἱ δὲ καὶ ἄλλους ἂν ἔχοιεν πέμψαι πολὺ δὲ τὸ Κρητικὸν πέλαγος, δι’ οὖ τῶν κρατούντων ἀπορώτερος ἡ λῆψις ἡ τῶν λαθεῖν βουλομένων ἡ σωτηρία. καὶ εἰ τοῦδε σφάλλοιντο, τράποιντ’ ἂν καὶ ἐξ τὴν γῆν ὑμῶν καὶ ἐπὶ τοὺς

vestram quidem simplicitatem laudamus, sed vestram stultitiam non probamus. Lacedaemonii enim erga se quidem ipsos, et in domesticis institutis, virtute plurimum utuntur. Erga alios vero quales se praestent, quamvis multa quis commemorare possit: illud tamen in summâ paucis declarare poterit, eos omnium, quos noverimus, res quidem iucundas pro honestis, res vero utiles pro iustis habere. Quamobrem huiusmodi mens et consilium pro vestrâ inconsultâ salute non facit.«

## 106

**MEL.** »Nos vero ob hoc ipsum iam vel maximē ipsos propter suam utilitatem confidimus nolle proditis Meliis, qui sunt ipsorum coloni, a Graecis quidem amicis infidos haberí, hostibus vero utiles esse.«

## 107

**ATH.** »Ergo utilitatem quidem a periculo abesse, aequitatem vero et honestatem, si ei opera detur, cum periculo coniunctam esse putatis. Quod periculum Lacedaemonii omnium minimē pro aliis adire plerumque audent.«

## 108

**MEL.** »Immo vero existimamus, ipsos nostri causâ eo facilius pericula suscepturos, et existimaturos, nos esse amicos erga se constantiores, quam erga alios, quo ad bella quidem gerenda, Peloponneso propinquiores sumus, ob animorum vero coniunctionem a nostrâ cognitione manantem, fideliores, quam alii, erga ipsos sumus.«

## 109

**ATH.** »At illi, qui suppetias laturi sunt, non in benevolentia eorum, a quibus evocati fuerint, sed in eâ potentia, quâ quis ad res gerendas ceteris est instructior, suaे salutis praesidium collocant. - Quod Lacedaemonii vel multo magis, quam ceteri, spectare solent. Nam propter apparatus domestici diffidentiam, vel finitimos cum magnis sociorum copiis invadunt. Quare non est verisimile, ipsos in insulam saltem, nobis maris imperium obtinentibus, traiecturos.

## 110

**MEL.** »Atqui Lacedaemonii vel alios mittere poterunt. Latum autem est Creticum pelagus, in quo ii, qui maris imperium tenent, difficilius intercipere, quam illi, qui clam ad opem nobis ferendam venire voluerint, saluti suaे consulere poterunt. Et, si hoc assequi nequeant, arma convertunt in vestrum agrum, et in reliquos vestros

λοιποὺς τῶν ξυμμάχων, ὅσους μὴ Βρασίδας ἐπῆλθεν· καὶ οὐ περὶ τῆς μὴ προσηκούσης μᾶλλον ἢ τῆς οἰκειοτέρας ξυμμαχίδος τε καὶ γῆς ὁ πόνος ὑμῖν ἔσται.

## 111

{ΑΘ.} Τούτων μὲν καὶ πεπειραμένοις ἀν τι γένοιτο καὶ ὑμῖν καὶ οὐκ ἀνεπιστήμοσιν ὅτι οὐδ' ἀπὸ μιᾶς πώποτε πολιορκίας Ἀθηναῖοι δι' ἄλλων φόβον ἀπεχώρησαν. ἐνθυμούμεθα δὲ ὅτι φήσαντες περὶ σωτηρίας βουλεύσειν οὐδὲν ἐν τοσούτῳ λόγῳ εἰρήκατε ὡς ἀνθρωποι ἀν πιστεύσαντες νομίσειαν σωθῆσεσθαι, ἀλλ' ὑμῶν τὰ μὲν ἰσχυρότατα ἐλπιζόμενα μέλλεται, τὰ δ' ὑπάρχοντα βραχέα πρὸς τὰ ἡδη ἀντιτεταγμένα περιγίγνεσθαι. πολλήν τε ἀλογίαν τῆς διανοίας παρέχετε, εἰ μὴ μεταστησάμενοι ἔτι ἡμᾶς ἄλλο τι τῶνδε σωφρονέστερον γνώσεσθε. οὐ γάρ δὴ ἐπί γε τὴν ἐν τοῖς αἰσχροῖς καὶ προύπτοις κινδύνοις πλεῖστα διαφθείρουσαν ἀνθρώπους αἰσχύνην τρέψεσθε. πολλοῖς γάρ προορωμένοις ἔτι ἐξ οἰσ φέρονται τὸ αἰσχρὸν καλούμενον ὄνόματος ἐπαγωγοῦ δυνάμει ἐπεσπάσατο ἡσηθεῖσι τοῦ ρήματος ἔργῳ ξυμφοραῖς ἀνηκέστοις ἐκόντας περιπεσεῖν καὶ αἰσχύνην αἰσχίῳ μετὰ ἀνοίᾳς ἢ τύχῃ προσλαβεῖν. ὃ ὑμεῖς, ἦν εὖ βουλεύησθε, φυλάξεσθε, καὶ οὐκ ἀπρεπὲς νομιεῖτε πόλεώς τε τῆς μεγίστης ἡσασθαι μέτρια προκαλουμένης, ξυμμάχους γενέσθαι ἔχοντας τὴν ὑμετέραν αὐτῶν ὑποτελεῖς, καὶ δοθείσης αἱρέσεως πολέμου πέρι καὶ ἀσφαλείας μὴ τὰ χείρω φιλονικῆσαι· ως οἵτινες τοῖς μὲν ἵσοις μὴ εἴκουσι, τοῖς δὲ κρείσσοις καλῶς προσφέρονται, πρὸς δὲ τοὺς ἡσσους μέτριοί εἰσι, πλεῖστ' ἀν ὄρθοῖντο. σκοπεῖτε οὖν καὶ μεταστάντων ἡμῶν καὶ ἐνθυμεῖσθε πολλάκις ὅτι περὶ πατρίδος βουλεύεσθε, ἡς μιᾶς πέρι καὶ ἐξ μίαν βουλὴν τυχοῦσάν τε καὶ μὴ κατορθώσασαν ἔσται.

## 112

Καὶ οἱ μὲν Ἀθηναῖοι μετεχώρησαν ἐκ τῶν λόγων· οἱ δὲ Μήλιοι κατὰ σφᾶς αὐτοὺς γενόμενοι, ως ἔδοξεν αὐτοῖς παραπλήσια καὶ ἀντέλεγον, ἀπεκρίναντο τάδε. «οὕτε ἄλλα δοκεῖ ἡμῖν ἢ ἀπερ καὶ τὸ πρῶτον, ὡς Ἀθηναῖοι, οὔτ' ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ πόλεως ἐπτακόσια ἔτη ἡδη οἰκουμένης τὴν ἐλευθερίαν ἀφαιρησόμεθα, ἀλλὰ τῇ τε μέχρι τοῦδε σωζούσῃ τύχη ἐκ τοῦ θείου αὐτὴν καὶ τῇ

socios, quos Brasidas non invasit. Itaque non pro alieno potius, quam pro vestro ipsorum ac sociorum agro, labor vobis erit subeundus.

## 111

ATH. »Ubi vero aliquid horum, quae urbibus expugnatis accidere solent, vobis quoque contigerit, tunc vestro malo docti cognoscetis, Athenienses propter aliorum metum a nullâ obsessione umquam recessisse. Animadvertis autem vos, quamvis de salute vestrâ vos consultaturos dixeritis, nullam tamen in tanto sermone mentionem ullius rei fecisse, quâ homines frēti se servatum iri arbitrentur. Sed ea quidem, in quibus firmissimum vestrae salutis praesidium collocatis, sperantur fore, et incertâ spe nituntur: opes vero praeentes, quas habetis, sunt parvae ad vos tutandos adversus opes iam vobis oppositas. Quapropter magnam declaratis amentiam, nisi, nobis semotis, aliquid aliud his prudentius adhuc decernatis. Nam ad verecundiam, quae in foedis ac apertis periculis homines plerumque perdit, nequaquam iam vos convertetis. Multos enim, quamvis adhuc manifestē cernerent mala, in quae ferebantur, tamen ea, quae turpitudo vocatur, vi nominis animos allicientis, verbo superatos, et speciosis nominum lenociniis captos, ad se sic attraxit, ut re ipsâ illi suâ sponte in gravissimas calamitates inciderint, et dedecus turpius propter suam stultitiam potius, quam propter fortunam, acceperint. Quod vos, si recte consultaveritis, cavebitis. Nec indecōrum censebitis potentissimae civitati concedere, quae commodis condicionibus provocat, ut socii sītis, et vestrum agrum retinentes, tributum pendatis; neve, belli et incolumentis optione vobis datâ, contentionis studio deteriora sequamini. Nam qui paribus quidem non cedunt, erga superiores verbo recte se gerunt, et inferioribus se moderatos praebent, ii diutissimē stare possunt. Considerate igitur, nobis etiam semotis, et saepius vobiscum cogitate, vos de patriâ consultare, quae in hac unâ et ex hac unâ consultatione vel felix vel infelix est futura.«

## 112

Post haec Athenienses quidem ex colloquio discesserunt. Melii vero, cum in curiâ sôli remansissent, postquam ipsis eadem, quae antea dixerant, visa sunt, haec ipsa responderunt: »Nobis vero, Athenienses, neque aliud quam paulo ante videtur: neque brevi temporis spatio urbi, quae iam per septingentos annos habitatur, libertatem eripiemus; sed tum fortuna, quae divinitus eam huc usque conservavit, tum humanis auxiliis et Lacedaemoniorum ope frēti, nostram salutem tueri conabimur. Vos tamen provocamus, ut amici quidem

ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων καὶ Λακεδαιμονίων τιμωρίᾳ πιστεύοντες πειρασόμεθα σώζεσθαι. προκαλούμεθα δὲ ὑμᾶς φίλοι μὲν εἶναι, πολέμιοι δὲ μηδετέροις, καὶ ἐκ τῆς γῆς ἡμῶν ἀναχωρήσαι σπονδὰς ποιησαμένους αἴτινες δοκοῦσιν ἐπιτήδειοι εἶναι ἀμφοτέροις.»

**113**

Οἱ μὲν δὴ Μήλιοι τοσαῦτα ἀπεκρίναντο· οἱ δὲ Ἀθηναῖοι διαλυόμενοι ἥδη ἐκ τῶν λόγων ἔφασαν «ἄλλ’ οὖν μόνοι γε ἀπὸ τούτων τῶν βουλευμάτων, ὡς ἡμῖν δοκεῖτε, τὰ μὲν μέλλοντα τῶν ὄρωμένων σαφέστερα κρίνετε, τὰ δὲ ἀφανῆ τῷ βούλεσθαι ὡς γιγνόμενα ἥδη θεᾶσθε, καὶ Λακεδαιμονίοις καὶ τύχῃ καὶ ἐλπίσι πλεῖστον δὴ παρα-βεβλημένοι καὶ πιστεύσαντες πλεῖστον καὶ σφαλήσεσθε.»

**114**

Καὶ οἱ μὲν Ἀθηναίων πρέσβεις ἀνεχώρησαν ἐξ τὸ στράτευμα· οἱ δὲ στρατηγοὶ αὐτῶν, ὡς οὐδὲν ὑπήκουον οἱ Μήλιοι, πρὸς πόλεμον εὐθὺς ἐτρέποντο καὶ διελόμενοι κατὰ πόλεις περιετείχισαν κύκλῳ τοὺς Μηλίους. Καὶ ὕστερον φυλακὴν σφῶν τε αὐτῶν καὶ τῶν ξυμμάχων καταλιπόντες οἱ Ἀθηναῖοι καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλασσαν ἀνεχώρησαν τῷ πλέονι τοῦ στρατοῦ. οἱ δὲ λειπόμενοι παραμένοντες ἐπολιόρκουν τὸ χωρίον.

**115**

Καὶ Ἀργεῖοι κατὰ τὸν χρόνον τὸν αὐτὸν ἐσβαλόντες ἐξ τὴν Φλειασίαν καὶ λοχισθέντες ὑπό τε Φλειασίων καὶ τῶν σφετέρων φυγάδων διεφθάρησαν ὡς ὄγδοήκοντα. καὶ οἱ ἐκ τῆς Πύλου Ἀθηναῖοι Λακεδαιμονίων πολλὴν λείαν ἔλαβον· καὶ Λακεδαιμόνιοι δι’ αὐτὸν τὰς μὲν σπονδὰς οὐδ’ ὡς ἀφέντες ἐπολέμουν αὐτοῖς, ἐκήρυξαν δὲ εἴ τις βούλεται παρὰ σφῶν Ἀθηναίους λήζεσθαι. καὶ Κορίνθιοι ἐπολέμησαν ἴδιων τινῶν διαφορῶν ἔνεκα τοῖς Ἀθηναίοις· οἱ δ’ ἄλλοι Πελοποννήσιοι ἡσύχαζον. εἶλον δὲ καὶ οἱ Μήλιοι τῶν Ἀθηναίων τοῦ περιτειχίσματος τὸ κατὰ τὴν ἀγορὰν προσβαλόντες νυκτός, καὶ ἄνδρας τε ἀπέκτειναν καὶ ἐσενεγκάμενοι σῖτόν τε καὶ ὄσα πλεῖστα ἐδύναντο χρήσιμα ἀναχωρήσαντες ἡσύχαζον· καὶ οἱ Ἀθηναῖοι ἄμεινον τὴν

utrisque simus, hostes vero neutris; utque foederibus initis, quae utrisque commoda videbuntur, ex agro nostro discedatis.«

**113**

Melii igitur haec responsa dederunt. Athenienses vero, cum e colloquio iam digrederentur, dixerunt: »Enimvero vos sôli omnium, ut nobis videmini, his vestris consiliis, res quidem futuras, quarum exitus est incertus, certiores esse iudicatis, quam quae cernuntur; res vero occultas, quod eas cupiatis, ut praesentes iam spectatis. Et quia Lacedaemoniis, et fortunae, et spei, iam plurimum vos ipsos permisistis, et his nimium confiditis; plurimum etiam labemini.«

**114**

Atque Atheniensium quidem legati ad castra redierunt. Ipsorum vero duces, cum Melios nullo modo morem ipsis gerere vellent, ad bellum continuo se converterunt; et opus inter civitates partiti, Melios vallo circumdederunt. Post haec Athenienses, praesidio cum ex suis, tum ex sociorum copiis, et a mari et a terrâ illic relichto, cum maiore copiarum parte domum redierunt. Reliqui in obsidione urbis manserunt.

**115**

Sub idem tempus Argivi, irruptione in agrum Phliasium factâ, et a Phliasiis et a suis exsilibus per insidias excepti, circiter octoginta perierunt. Et Athenienses, qui Pyli erant, magnam Lacedaemoniorum praedam ceperunt. Lacedaemonii vero, ne sic quidem solutis foederibus, bellum ipsis fecerunt. Edicto autem permisérunt cuilibet de suis, ut praedam ex Atheniensium finibus ageret. Et Corinthii quidem privatarum quarundem controversiarum causâ bellum Atheniensibus intulerunt. Ceteri vero Peloponnesii quiescebant. Melii quoque munitionis ab Atheniensibus exstructae partem, quae forum spectabat, ceperunt, eam aggressi noctu, et nonnullos viros interfecerunt, et frumentum aliumque commeatum pecuniâ comparatum, quam plurimum potuerunt, in urbem importarunt, et cum in eam se recepissent, quiescebant. Et Athenienses postea diligentius excubias agebant. Et haec aestas excessit.

φυλακὴν τὸ ἔπειτα παρεσκευάζοντο. καὶ τὸ θέρος  
ἔτελεύτα.

**116**

Τοῦ δ' ἐπιγιγνομένου χειμῶνος Λακεδαιμόνιοι μελλήσαντες ἐς τὴν Ἀργείαν στρατεύειν, ὡς αὐτοῖς τὰ διαβατήρια [ἱερὰ ἐν τοῖς ὄριοις] οὐκ ἐγίγνετο, ἀνεχώρησαν. καὶ Ἀργεῖοι διὰ τὴν ἔκεινων μέλλησιν τῶν ἐν τῇ πόλει τινάς ὑποπτεύσαντες τοὺς μὲν ξυνέλαβον, οἱ δ' αὐτοὺς καὶ διέφυγον. καὶ οἱ Μήλιοι περὶ τοὺς αὐτοὺς χρόνους αὗθις καθ' ἔτερόν τι τοῦ περιτειχίσματος εἴλον τῶν Ἀθηναίων, παρόντων οὐ πολλῶν τῶν φυλάκων. καὶ ἐλθούσης στρατιᾶς ὑστερον ἐκ τῶν Ἀθηνῶν ἄλλης, ὡς ταῦτα ἐγίγνετο, ἦς ἦρχε Φιλοκράτης ὁ Δημέου, καὶ κατὰ κράτος ἥδη πολιορκούμενοι, γενομένης καὶ προδοσίας τινός, ἀφ' ἑαυτῶν ξυνεχώρησαν τοῖς Ἀθηναίοις ὥστε ἔκεινους περὶ αὐτῶν βουλεῦσαι. οἱ δὲ ἀπέκτειναν Μηλίων ὄσους ἡβῶντας ἔλαβον, παῖδας δὲ καὶ γυναικας ἡνδραπόδισαν· τὸ δὲ χωρίον αὐτοὶ ὕκισαν, ἀποίκους ὑστερον πεντακοσίους πέμψαντες.

**116**

Insequentis hiemis initio, Lacedaemonii copias in agrum Argivum educere statuerant: sed cum in ipsis finibus sacrificium pro transitu fecissent, nec litare potuissent, domum reverterunt. Argivi vero, quod illi in suum agrum invadere statuissent, nonnullos, qui in urbe erant, suspectos habuerunt: et eorum alios quidem comprehendenderunt, alii vero ex eorum manibus elapsi profugerunt. Sub idem quoque tempus Melii rursus Atheniensium munitionem ab aliâ parte aggressi, ubi non multi custodes aderant, eam partem ceperunt. Cum autem mox, post has res gestas, alius exercitus Athenis venisset, cui praearerat Philocrates Demeae filius, cumque Melii gravi obsidione iam premerentur, quadam etiam proditione a quibusdam ipsorum civibus factâ, Atheniensibus sese dediderunt eâ condicione, ut ipsi Athenienses de se arbitratu suo statuerent. Illi vero, Meliorum quoscumque puberes ceperunt, omnes interfecerunt, pueros et feminas in servitutem abstraxerunt, et urbem ipsi incoluerunt, postea quingentis colonis eo missis.

# **THUCYDIDEI DIALOGI MELIORUM SYNOPSIS COMPOSUIT LEO LATINUS**

**CORRIGENDA ET SUPPLENDĀ**

## ECCE LIBRI LEONIS LATINI

*Permittas, quaeso, ut nuntium adiungam minus gratum: pretia discorum, qui a Leone Latino praebentur vendendi, ex decennio (sic!) non exaucta - proh dolor – nunc valdē augenda sunt (denis euronibus). Interim enim cum pretia materiarum quoque multo exaucta sint, tum praecipuē disci libellique discis subiungendi non conficiuntur neque involvuntur nisi magno cum labore.*

*Restat, ut afferam titulos pretiaque librorum typis impressorum, qui hōc tempore apud Leonem Latinum prostant venales:*

- |   |         |
|---|---------|
| 1) CRABATUS (Otfried Preußler, Krabat).....                       | 49,00 € |
| 2) FRAGRANTIA (Patrick Süskind, Das Parfum).....                  | 42,00 € |
| 3) RECITATOR (Bernhard Schlink, Der Vorleser).....                | 45,00 € |
| 4) HOTZENPLOTZIUS (Otfried Preußler, Der Räuber Hotzenplotz)..... | 25,00 € |
| 5) ARANEA NIGRA (Jeremias Gotthelf, Die schwarze Spinne).....     | 22,00 € |

*PARVUS NICOLAUS (René Goscinny, Le Petit Nicolas) non éditur in domunculâ Leonis Latini, sed in Aedibus Turicensibus, quae appellantur «Diogenes».*

*GLOSSARIUM FRAGRANTIAE et PERICULA BARONIS MYNCHUSANI – proh dolor! – sunt divendita. Utinam nobis contingat, ut aliquando edantur iteratis curis.*

*Habeas nos excusatos, quod situm interretiale (i.e. anglicē »website« nondum restauravimus novaque pretia ibidem nondum indicavimus.*

*Ceterum, cara Lectrix, care Lector, bene scias oportet Leonem Latinum non esse megalopolium, quo – ut ita dicam - rapidissimē eiectantur multae myriades librorum vilissimae, sed domunculam potius virtualem quam realem, in qua creantur κειμήλια, id est res parvae et rarae et caraē. Res parvae enim sunt disci compacti aut libelli typis editi palmares; rarae sunt editiones, quae centuriam tantum complectantur exemplorum; caraē sunt hae res omnes, quia cordi sunt Leoni Latino recordanti horas illas innumerās, quibus operam dedit illis creandis.*

*Cara Lectrix, care Lector, utinam omne opusculum a Leone Latino confectum sit Tibi KTHMA EIΣ AEI.*

XXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXX

## INDEX DISCORUM LEONIS LATINI

NR	Num. manda- telae	ISBN	TITULUS	AUCTOR	TRANS- LATOR	ANNUS	FORMA	AMPLI- TUDO	PRETIUM
1	00104	978-3-938905-00-5	FABELLA TEXTORIS VERSUTI PALAEOINDICA	Anonymus (Old Indian)	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	7 pp.	€ 17,90
2	00104A	978-3-938905-15-9	FABELLA TEXTORIS VERSUTI PALAEOINDICA – Libri audibles	Anonymus (Old Indian)	Nikolaus Gross	2005	Audio	21 min.	€ 22,90
3	00204	978-3-938905-01-2	TRES FABULAE EDGARII ALLANI POE: CATTUS NIGER - RANUNCULUS - PUTEUS ET PENDULUM	Edgar Allan Poe	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	33 pp.	€ 27,50
4	00304	978-3-938905-02-9	ANECDOTA REI PROXIMO BELLO BORUSSICO FACTAE	Heinrich von Kleist	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	6 pp.	€ 17,90
5	00304A	978-3-938905-16-6	ANECDOTA REI PROXIMO BELLO BORUSSICO FACTAE –Libri audibles	Heinrich von Kleist	Nikolaus Gross	2004	Audio	6 min.	€ 20,90
6	00404	978-3-938905-03-6	MEMENTO MORI	Alexander Saxon	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	7 pp.	€ 17,90
7	00404A	978-3-938905-17-3	MEMENTO MORI – Libri audibles	Alexander Saxon	Nikolaus Gross	2005	Audio	20 min.	€ 21,90
8	00504	978-3-938905-04-3	DE CRAMBAMBULO	Marie von Ebner-Eschenbach	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	14 pp.	€ 19,50
9	00604	978-3-938905-05-0	DE DINOSAURIS	Nikolaus Gross	-----	2004	CD-ROM pdf	16 pp.	€ 19,00
10	00704	978-3-938905-06-7	SUDATORIUM VENERIS	Diogenes Anaedoeus	-----	2004	CD-ROM pdf	11 pp.	€ 19,50
11	00804	978-3-938905-07-4	PERICULUM FRANCISCI	Diogenes Anaedoeus	-----	2004	CD-ROM pdf	7 pp.	€ 17,90
12	00904	978-3-938905-08-1	NUPTIAE ABDERITANAЕ	Bertolt Brecht	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	21 pp.	€ 22,00
13	01004	978-3-	TESTAMENTUM	Henricus			CD-	7 pp.	€ 17,50

		<b>938905-09-8</b>	<b>REYNERI BERLBYN</b>	van den Lande de Raelt	-----	2004	ROM pdf		
14	01104	978-3-938905-10-4	DE SANCTO NICOLAO DEQUE VIRO NATALICIO	Nikolaus Gross	-----	2004	CD- ROM	21 pp.	€ 22,00
15	01204	978-3-938905-11-1	<b>FABELLAE GRIMMIANAE 1</b>	Jacob Grimm/ Wilhelm Grimm	Nikolaus Gross	2004	CD- ROM pdf	28 pp.	€ 24,90
16	00105	978-3-938905-12-8	<b>ROMULUS MAGNUS</b>	Friedrich Dürrenma tt	Nikolaus Gross	2005	CD- ROM pdf	49 pp.	€ 31,90
17	00205	978-3-938905-13-5	<b>DE THILO CUSTODE FERRIVIAE</b>	Gerhart Hauptman n	Nikolaus Gross	2005	CD- ROM pdf	28 pp.	€ 24,90
18	00305	978-3-938905-14-2	<b>HISTORIA AGATHONIS (LIB.1)</b>	Christoph Martin Wieland	Nikolaus Gross	2005	CD- ROM pdf	15 pp.	€ 19,50
19	00405	978-3-938905-19-7	<b>WERTHER IUVENIS QUAE PASSUS SIT</b>	Johann Wolfgang von Goethe	Nikolaus Gross	2005	CD- ROM pdf	82 pp.	€ 38,90
20	<b>0050 5A</b>	978-3-938905-22-7	CICERONIS ORATIONES IN CATILINAM HABITAE 1 – <b>Libri audibles</b>	M.T. Cicero	-----	2005	Audio	40 min.	€ 21,90
21	<b>0060 5A</b>	978-3-938905-18-0	SOMNIUM SCIPIONIS A CICERONE SCRIPTUM – <b>Libri audibles</b>	M.T. Cicero	-----	2005	Audio	30 min.	€ 20,90
22	<b>0070 5A</b>	978-3-938905-23-4	CAESARIS BELLUM GALLICUM 1 – <b>Libri audibles</b>	C.I. Caesar	-----	2005	Audio	55 min.	€ 22,90
23	00106	978-3-938905-21-0	<b>AUTOBIOGRAPHIAE LATINAЕ</b>	Nikolaus Gross	-----	2006	CD- ROM pdf	87 pp.	€ 48,00
24	00206	978-3-938905-20-3	<b>DISQUISITIO CHEMICA ACIDULARUM BERGENSIUM ET GOEPPINGENSIMUM</b>	Karl Friedrich Kielmeyer	Nikolaus Gross	2006	CD- ROM pdf	66 pp.	€ 38,00
25	<b>0030 6A</b>	978-3-938905-24-1	CAESARIS BELLUM GALLICUM 2 – <b>Libri audibles</b>	C.I. Caesar	-----	2006	Audio	61 min.	€ 22,90
26	<b>0040</b>	978-3-938905-	CICERONIS ORATIONES IN CATILINAM HABITAE 2 –	M.T. Cicero	-----	2006	Audio	41 min.	€ 21,90

	<b>6A</b>	<b>25-8</b>	<b>Libri audibles</b>						
27	<b>0050 6A</b>	<b>978-3- 938905- 26-5</b>	EPISTULAE A SENECA AD LUCILIUM SCRIPTAE 1 – <b>Libri audibles</b>	L.A. Seneca	----- ----- --	2006	Audio (2 CDs)	88 min.	€ 27,90
28	<b>00107 A</b>	<b>978-3- 938905-27- 2</b>	<b>ASINUS AUREUS AB APULEIO SCRIPTUS</b>	Apuleius	----- ----- --	2007	Audio	55 min.	€ 23,90
29	<b>0020 7A</b>	<b>978-3- 938905-28- 9</b>	<b>OBSIDIO SAGUNTI A T.LIVIO DESCRIPTA</b>	Livius	_____	2007	Audio	53 min.	€ 23,90
30	<b>00307</b>	<b>978-3- 938905-29- 6</b>	<b>FABELLAE GRIMMIANAE II</b>	Jacob Grimm/ Wihelm Grimm	Nikolaus Gross	2007	CD- ROM pdf	58 pp.	€ 32,90



**CARA LECTRIX, CARE LECTOR, BENE VALE,  
USQUE AD SEPTIMANAM PROXIMAM !**



**HANC EPISTULAM LEONINAM**

**DUCENTESIMAM QUINQUAGESIMAM QUARTAM**



**SENDEN IN OPPIDULO BAVARIAE SUEBICAE PERFECIT**

**Die Martis  
08. m.Mart. a.2022**



**Dr. Nicolaus Groß  
LEO LATINUS  
Sodalis Academiae Latinitati Fovendae**